



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn


## De Antichristo Disputatio

Heerbrand, Jakob  
Gerlach, Stephan

Tvbingæ

VD16 H 955

[urn:nbn:de:hbz:466:1-36556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-36556)




Th. 956.

D<sup>~</sup>

351





DE ANTICHRISTO  
DISPUTATIO.

*Sanctæ triadis auspicio,*

AVTHORE ET

PRÆSIDE IACOBO HEERBRAN-  
do, Doctore & Professore Sacrosanctæ Theologiæ, in  
inçlyta Academia Tubingensi, Præceptore suo, perpe-  
tua fide obseruando, M. Stephanus Gerlach

Kniittlingensis. 27. & 28. Martij.

hora sexta, loco solito publicè  
respondebit.



TUBINGÆ,  
Impressum per Alexandrum Hockium,  
M. D. LXXIX.



*Prefatio.*

IACOBVS HEER:

BRANDVS D. PIO

*Lectori S.*

**M**irantur, Lector Christiane, Pontificis Romani Patroni, nec mirantur solum, sed vehementissimè hanc ob causam in nos inuehuntur: quòd què ipsi caput Ecclesie vniuersalis agnoscunt, cuius pedes exosculantur, cuius decreta omnia, qualiacumq; illa sint, tanquam à numine coelesti profecta oracula, adorant, cui deniq; potestatem omnem in coelo, terra, & inferno tribuunt: Nos Antichristum, & bestiam illam quam Apostolus in Apocalypsi vidit, cum qua Reges & Principes mundi scortantur, filium perditum, hominemq; peccati, dicere & proclamare non vereamur.

Sed miramur & nos vicissim, & quidem non immerito, istorum cæcitatem & stuporem: quòd in tanta verbi Dei luce, iam passim Dei beneficio sparsa, ea non videant, aut si cæci adeò sunt, non palpent etiam, quæ omnes, pueri quoq; ex Sacrae Scripturae lectione, in qua graphicè adeò, suis descriptus est coloribus Antichristus, vt penicillo pictor nullus, quantumuis ingeniosus & artificiosus, vident: Romanum Pontificem, illum ipsum esse, qui per Spiritum sanctum in ea est depictus, Antichristum. Quod presenti hac Disputatione, Deo benè nos iuuante, omnium spectandum oculis subiiciemus.

A ij Hæc



*Prefatio.*

Hæc tacitè apud animum meum diligentius perpendens: in mentem mihi venit historię populi Israelitici, quæ in Ægypto cum Pharaone indurato contigit. Qui cum contra ius & æquitatem, illum in seruitutem rede gisset durissimam, tristissimamq̃, oneribus premens intolerabilibus, crudelissimè affligens, semen illorum perdens, excindere illud, funditusq̃ populū Dei omnibus modis delere conabatur tyrannus. Cumq̃ Dominus missis Mose & Ahazone, dimissionem vrgeret populi: quanta omnino potuit, vi se opposuit maxima ille: Iehouah Deum Israelis nouum illum, se ignorare, nec imperata etiam facturum est professus. Sicut nec vllis, quantumuis illustribus & stupēdis miraculis permoueri se passus est. Quin imò, quò plura maioraq̃ edebantur miracula: eò magis ille excæcatus est & induratus, noctuarum instar, & lippientium: qui quò clariores sunt & splendidiore Solis radij, eò magis excæcatur. Quod iusto Domini factum est iudicio: vt qui bona gratia, iussa capessere nollet, pœnas sentiret omnis generis, corporis, fortunarum, animæ perpetuas easdemq̃ in hac quoq̃ vita tristissimas, cordis nempe cæcitatem, & indurationem, quæ longè omnium sunt maximæ, eòq̃ grauiore, quò minus sentiuntur, vnde nec Medicina quæritur.

Hinc ne toties quidem ictus piscator stultus, sapere voluit, aut potuit etiam: populum dimissum persequens, inq̃ seruitutem pristinam retrahere volens: donec aquis maris rubri, cum omni suo exercitu submersus, periret perpetuum. Hoc enim quærebat Pharaos.

An

An verò non planè idem fit cum Romanis Pontificibus: qui vniuersalis Ecclesiæ Dei gubernacula, non diuinitus (vt turpissimè vociferantur) per Petrum (qui nunquam hoc habuit, nec sibi arrogauit vnquam) sed vi, fraude, dolo, nequitia, tyrannide crudelissima, multa sanguinis Christiani profusione, innumerisq; cædibus (quod fide dignè, ipsorumq; met testantur historiæ) Monarchiam Ecclesiasticam, & Iurisdictionem super vniuersam Christi Ecclesiam affectarunt, inuaserunt, tandemq; obtinuerunt.

Rerum potitj, postea non modò variarum traditionum oneribus, plusquam seruilibus Ecclesiam oppresserunt, singulis Pontificibus aliquid de suo ingenio excogitantibus & assuentibus: vt earum tandem multitudine Ecclesia, non secus ac olim mundus aquarum diluuiò, obruta sit: non fortunas tantùm & facultates orbis Christiani, sed & sanguinem Christianorum innocentem exhauserunt, quos partim persecutione sua, partim bellis non necessarijs, ac mera, Diabolicaq; ambitione moti susceperunt, laniens miserrimæ, omnia in Europa, Germania præcipuè & Italia perturbantes, seditionibus concitatis, obijcientes (Non secus ac Pharaon profluentem abijciens, & submergens Israelitarum infantes, vt populum Dei excinderet) sed & corrupta doctrina cœlesti, Sacramentisq; diuinitus institutis, erroribus turpissimis, Idolomaniaq; horrenda & multiplici, myriades animarum Antichristus Rom. cateruatim plurimas secum in barathrum inferni abduxit: In templo Dei sedens,

A ij scq;

*Prefatio.*

seque ut Deum ostentans. Et tamen in his omnibus maximisque malis, nemo ausus fuit illi dicere, qui facis? tyrannide eius publice obtinente. Quod tempus fuit irae Dei longè horribilissimæ.

Cum igitur in hunc creuisset tyrannis Pontificis (quæ opinione tum, ex inueterata consuetudine maior fuit) modum immodicum, planeque intolerabilem, & duplicarentur lateres Ægypti: ibi Deus Opus Max. ex alto res Ecclesiæ suæ turbatas & miserè respiciens: Mosen misit & Aaronem, qui detestati Antichristo, eam in libertatem vendicarent Christianam. Cæterum Pharaos iste, populum Dei nequam ex seruitute illa traditionum humanarum liberum vult dimittere, Deum Patrum suorum ignorans, vocem eius sonantem, & verbum audire renouit, sed magis magisque induratur à Deo huius mundi, ne illucescat illi veritas & gloria Euangelij Christi: fortiterque cum suis squamis, quantisque potest viribus se illi opponit, vi, tyrannide, persecutioneque priorum, regnum suum Antichristianum defendit verbis & factis, orationibus, disputationibus, concionibus, libris quoque à suis satellitibus editis, quibus magnatum inflammant animos, ut in misericordiam Christi confessores sauiant. Sicut nuper Friburgi Brisgoiæ vehemensissima contra me, qui authenticum nec læsi, nec noui, nec quidem nomen eius ante hac nominari vnquam audiui, est edita Oratio (cuius colores & ornamenta detrahere, argumenta eius non de proponere, & hac Disputatione refutare visum est) de Antichristo inscripta, in qua non me solum, sed

æterna

æterna memoria dignum, deq̄ Ecclesia Iesu Christi optimè meritum virum Dei D. D. Martinum Lutherū miserrimè Rhetorculus exagitat. Et quidem quoad stylū & phrasin, latinitatē redolet; cæterum quod ad rē ipsam, partim inepta & insulsa, partim impijssima & falsissima, quæ omnibus sunt notissima, facilè quod demonstrabimus nō solū in dubiū vocans, sed contra totius Ecclesiæ superiorū tēporū, ante annos 250. Et quid dico annos 250? Imò ante annos 500. consensum, sententiam, & decretū: negans, Romanos Pontifices, Antichristum esse illum, de quo Spiritus sanctus iam olim in scriptura sacra est vaticinatus, Quæ nos hac Disputatione, pro confirmatione eorum, quæ in Compendio Theologiæ (vnde Orator iste grauis occasionem sumpsit, contra nos detonandi) à nobis sunt proposita; omnia & singula in Romano Pontifice, eiusq̄ regno impleta, optimèq̄ per omnia respondere docebimus, ita vt dubitationi amplius nullus relinquatur locus. Solidis etiā & firmis refutantes argumentis, quæcunque satellites isti Antichristi, pro defensione pessimæ suæ causæ contrā afferunt.

Cū igitur Bestia illa doctrinam verbi Dei sinceram corruperit, Sacramenta diuinitus instituta mutilet, pedibꝫque conculcet, cultus de suo ingenio confinxerit propemodum innumeros, Idolomaniam in Ecclesiam Christi horrendam & multiplicem (de qua nuper peculiari hoc titulo edita Disputatione, egimus) inuexerit, tyrannide & persecutione inaudita crudelissimāq̄,  
in pios

*Praefatio.*

in pios Christi, verbiq; eius Confessores fauierit  
haectenus sine fine: Admoniti voce caelesti, recte  
fecimus Idola fugientes, & de Babylone, Aegyptia-  
coq; egredientes Pharaone, Romano Antichristo-  
ne plagarum eius in inferno, participes efficiamur.  
Nec iugo seruitutis excusso, eidem iterum subijcie-  
mur: sed in libertate, in quam per Seruatorem no-  
strum Christum sumus vendicati, Deo propicio sta-  
bimus, fortiter & viriliter singuli soli, & cum alijs  
pro aris & ciuitate Domini Dei nostri pugnabimus.  
Quem precor, vt Satanam sub pedibus nostris con-  
culcet velociter, & illustri suo aduentu destruat An-  
tichristum, nosq; ex omni malo eripiat & li-  
beret, Amen. Vale optimè mi Lector,

Tubingæ, Martij 14. An-  
no 1579.



DISPV.

# DE ANTICHRISTO, DISPUTATIO.

I.



Vocabulum Antichristus, suo etymo in genere significat aduersarium, aut contrarium Christo. Vel, vt Apostolus Paulus alio vocabulo exprimere voluit, *ἀντικρίστου* id est: Christo oppositus. Quare ratione, generaliter vocē sumpta, conuenit omnibus qui Christo aduersantur.

2. Hoc vocis vsu generali, Apostolus Ioannes testatur suo tempore multos esse factos Antichristos: qui nondum facta publica à fide defectione, nec regnum adhuc tum publicè obtinente, vero & magno, ac principali Antichristo in Ecclesia, qui se elaturus erat super omne quod Deus est, dicitur, & colitur: priuati, pauci quidam tantum, à vera Christi fide deficientes, doctrinæ Christi contradixerunt, maxima interea piorum parte illis repugnante.

3. Sed in specie, quemadmodum & nos cum Scriptura S. loquimur, intelligimus: Antichristus, tyrannus ille est in Ecclesia vera filij Dei, regnum & dominium obtinens, qui retenta Christiani nominis, & Religionis professione, facta à vera, in Christum fide, & doctrinæ cœlestis genuina sententia, defectione: ei contrarium amplectitur, profitetur, propagat & propugnat, sub nomine tamen Christi, eiusq; prætextu (aliàs enim nec Antichristus propriè esset, nec in Ecclesia vera collocaretur) eidem aduersatur, piosq; persequitur.

4. De hoc vero Antichristo, multa passim in sacra Scriptura habentur: quæ cum ad eius agnitionem sufficiant, inde petenda pijs erunt: nec fabulis alijs, & figmentis, ac commentis hominum, quicumq; illi sint, fides habenda, nisi falli & decipi velimus. Qualia sunt de loco natiuitatis, familia & tribu, tempore aduentus & durationis, aliq; prodigiosa ac portentosa.

5. *Κενομένον* autem est, quis ille sit Antichristus, vtrum Venerit. Nos nulla vsi circuitione, Romanum Pontificem illum esse Antichristum, &

B regnum

## De Antichristo

regnum Pontificum, Antichristianismum esse asserimus, & pronunciamus, ac probamus.

6. Quia per omnia ferè, ac in omnibus, Deo vero, & Christo filio eius, Spirituiq; S. in Verbo ipsius, se opponit, & aduersatur, omnia propria modum illius scripta, dicta, ac facta deprauans, peruertens, ac corrumpens.

7. Deus Pater per Spiritum sanctum, Scripturam S. Epistolam suam ad genus humanum esse voluit, in qua se, suamq; voluntatem de nostra salute nobis patefecit, eam vult legi, audiri, secundum hanc omnes totius vite actiones in cultu diuino & operibus institui. Ad hanc Christus & Apostoli nos reuocant. Hanc lucem, lucernam pedum, lumenq; semitis nostris, luciferum, sermonem firmum, & certum vocat.

8. Romanus Pontifex, etsi Scripturæ sacræ textum, pro forma retinet, tamen cum sua curia vel ridet ea, quæ in illa habentur. Sicut Franciscus Petrarcha, magnæ apud illos dignitatis & authoritatis Vir, quiq; in curia illa vixit Archidiaconus Parmæ, & canonicus Patauinus, ante annos 250. scripsit, quæ ipse oculis suis ibi viderit, Romam, quam Babylonem vocat, describens, ait: Loci natura est, omne bonum ibi perditur, spes, fides, charitas, futura vite spes, ibi inanis fabula, & quæ de inferis narrantur, fabulosa omnia: Resurrectio carnis & mundi finis, & Christus ad iudicium venturus, inter nœnias habent, veritas ibi dementia est, &c. Vel eam calumniatur: imperfectam, obscuram, ambiguam, mutam, mortuam literam vocat. Ideo traditionibus opus esse docet, quæ pleniores sint, & planiores, certioresq;. Concilij item Pontificum, qui de rebus sic dubijs, dijudicent, quid de sacra lege sit sentiendum. Vel eam etiam corrumpunt, & quod ad literam, & quod ad sententiam attinet. Sicut illustri primam illam Euangelij promissionem de femine mulieris benedicto, virtutum Messia, Papatus, corrupto textu Biblico, ad D. Mariam Virginem transtulit, ex (ipse) IPSA, faciens: quod toties admoniti, adhuc mortuus retinent, & in Trid. concilio confirmarunt. Sicut Psalterium totius Bibliorum compendium, horrenda cum blasphemia Dei præpotentis Christi vnici Redemptoris, Mediatoris, aduocati nostri, ac Spiritus sancti cum blasphemia, ad eandem transtulerunt, in quo omnia diuina propria

Epistola 18.

Disputatio.

Disputatio de Idolomania.

pria, & officia illi tribuuntur. Quod nuper ad oculum alibi demonstravimus.

9. Quod ad sententiam Scripturæ S. iam docebimus. Author salutis totius generis humani, Iesus Christus, vnus & solus propitiator, qui vnica sua oblatione in æternum consumauit sanctificandos, in eadem proponitur eū sua obedientia, quā patri faciendo & patiēdo præstitit, qui fide apprehensus, nobis ad iustitiam imputatur. Hocq; solo modo peccatorem iustificari docet: Hunc etiam solum Deus dedit caput super omnem Ecclesiam.

1. Tim. 2.  
1. Ioan. 2.  
Heb. 9.  
Rom. 3. 4. 5.  
1. Cor. 1.  
2. Cor. 5.  
Ephes. 1. 4. 5.

10. In regno Pontificio tot finguntur Christi, quot ordines Monastici, quot cultus, quot opera bona, quibus omnibus & singulis confidunt, se peccatorum mereri remissionem, proq; illis satisfacere, ac vitam mereri æternam, omnem nempe actum (opus) charitatis, absolute mereri vitam æternam. Docet Catholica Ecclesia, bonis operibus, quæ ex gratia diuina faciunt, ita esse confidendum, ut & ad expianda peccata, iram Dei placandam, & vitam æternam consequendam necessaria sint & vtilia. Item id. ibidem: propter has virtutes, fidem, spem, & charitatem, intrepide, Catholica fides, hominem esse iustum coram Deo, constitetur, & eorum meritis, in iudicio Dei veraciter sibi fidendum esse.

Colos. 1.  
Vide eandem Disputat.  
Thom. Aqu.  
Fr. Petrus à Soto,  
in Catholice sue  
Ecclesie assertio-  
ne.

11. Quin imo Christo penitus sepulto, nouū sibi excitarunt Christum, S. Franciscum, quem alterum Christum esse finxerunt, qui quinque vulnerum stigmatibus, sibi ab Angelo quodam in loco solitario impressis, seruari à morte æterna, viros, qui à tempore illius vsq; ad mundi finem vixerunt, posuit. Sed ne hac in parte infeliciores essent foeminae, verum, ut haberent Libellus Italica lingua & ipse saluatricem, in eodem habetur libello, D. virginem Mariam, magna editus, cui titulum filij Dei, merito suæ virginittatis seruasse mulieres, quæ vixerunt tulus est, Flosculi vsq; ad tempora S. Clare sanctimonalis, Synchronæ Francisci, quæ & S. Francisci. ipsa, merito suæ virginittatis, in suo ipsius corpore renouata, eas seruauit, quæ porro vsq; ad mundi finem victura erant.

12. Quam horribilissimam, & Antichristianissimam post natos homines blasphemiam, cum pius quidam vir, opposito scripto, cui titulum fecerat Discursus super libello, cui titulus, Flosculi S. Francisci, refutasset: damna-





## De Antichristo

tum est scriptum illud, decreto Romæ ad Valuas Basilicæ principis Apostolorum, publicè affixo, die Decemb. 30. Anno Domini 1559. in Catalogo librorum Hereticorum.

13. Deus in suo Verbo passim à nobis fidem requirit in Christum absque dubitatione: hancq; ob causam non solum promittit nudis Verbis, sed et re iurando addito confirmat, in super et Sacramentis duobus tãquam sigillis confirmat promissionem de gratia sua, et peccatorum remissione gratuita, vitæ eternæ donatione, vult vt credamus nos propter solam Christi filij obedientiam, absolui à peccatis coram ipso, secum reconciliari, in filios nos adoptari, vitam deniq; consequi æternam gratis donatam proprio filium, omnes credentes in ipsum. Et per Apostolum nos vult *κατανοησαι* *πατρ̃*, ac cum fiducia ad thronum gratiæ accedere, scire denique vult cui crediderimus, ac quàm certissimos de illis esse, nec dubitare, aliàs nihil nos accepturos: sed fide vincendam dubitationem.

Rom. 6.

1b. 4.

Iacob. 1.

Trid. Concil. sesi.

6. Can. 13. 15. 16

14. Romanus Pontifex in suo Trident. Conciliabulo, hanc in Christum fidem et fiduciam absq; dubitatione damnat, presumptionem et superbiam vocans, ac dubitandum esse singulis docet de sua peccatorum remissione, gratia dei erga se, adoptione, propria salute, et hereditate vitæ eternæ. Id enim scire posse neminem, nisi ex singulari cœlesti reuelatione.

15. Cœnam suam sacram, Testamentũ et sacramentũ, Christus instituit toti Ecclesiæ, vt in eius celebratione, beneficia, sua obedientia parta publicè annuncientur et prædicentur, singuliq; iuxta ipsius institutionẽ ea viuentes, certiores in fide sua de eis, gratia Dei erga se, suorumq; peccatorum remissione reddantur ac confirmentur, gratiarumq; actionem erga Deum propter percepta in cœna. S. beneficia, et mutuam charitatem excitentur.

16. Hoc Pontifex Romanus in actionem toto genere diuersam et Histrionicam mutauit: Sacrificium scilicet verè propitiatorium esse docuit pro peccatis viuorum et mortuorum: vt animæ, quas in fabuloso et poetico esse sinxerunt purgatorio igne, inde liberentur, absq; vlllo spectatorum vsu, sumptione, vel distributione. Quod à spectris Diabolicis Gregorium minime vigilans, ne hac parte Magnus, sed minimus, didicit, et male credidit. Quæ horrenda cœnæ Dominicæ prophanatio, accedente quaestu, creuit et inualuit in omnibus templorum angulis, quæ facta sunt ex domo Dei et præcationis, spelunca latronum. Quod Christus quoq; pontificibus exprobaui.

17. Christus

17. Christus integrum, à se ut est instituta, vult administrari cenam, inquam de calice: Bibite ex hoc omnes. Et ne nugari possent suo more, Christum Apostolis suis, quos sacerdotes consecrauerit prius, ita tantum dedisse: certum est Christum, non duo instituisse illic, sed vnicum tantum in totius Ecclesia usum, Sacramentum. Quod Paulus Apostolus etiam postea se à Domino accepisse testatur, et sic Corinthiorum tradidisse Ecclesiae asserit, vbi disertè calicis usum contra  $\omega\tau\eta\epsilon\iota\sigma\kappa\lambda\epsilon\tau\eta\varsigma$ , repetit.

18. Pontifex verò Romanus, cum suo regno, plusquam Diabolica, planeq; Antichristiana temeritate, Christi illam institutione, quam negare non possunt, sed fatentur: tamè frequenti suo concilio constant. mutauit, cõtrarium omnino illi statuens. Et vbi Christus dixit, bibite ex hoc OMNES: papa decreuit et dixit: NON OMNES. Sed libet Antichristiane Constant. Concil. Scjs. 13. bestiae verba ipsa, quae ex infernalibus suis faucibus rugiuit, scribere et audire. Ita autem sonant: Quod licet Christus post cenam instituerit, et suis discipulis administrauerit, sub vtraq; specie panis et vini, hoc venerabile Sacramentum: et in primitiua Ecclesia huiusmodi Sacramentum recipere tur à fidelibus sub vtraq; specie: Tamen hoc non obstante, Iesu Christe, vno postea à conscientibus, sub vtraq; Et à laicis tantum modo sub specie lateros tui testamini non sunt tici arcendi sunt: et sub poena excommunicationis effectualiter puniendi, Sacrilégi, sed tu qui communicando populum sub vtraq; specie fuerint exhortati, cum tuo Apostolo,

19. Vult Deus per suum Apostolum Spiritu S. inspiratum, Episcopos, iudicio huius con- et Diaconos, hoc est Ecclesiae ministros, cuiuscunq; ordinis illi sint, m ar- ciliabuli, heretici, excommunicandi tos esse. Sicut et in Veteri Testamento fuere.

20. Romanus Pontifex, omnes coniugatos, et honestos maritos à sacer et puniendi. Audi dotio, Ecclesieq; ministerio repellit, è diametro cum ordinatione diuina hæc et iudica, pugnant, nullum admitens, quantumuis castum, maritum.

21. De inuocatione DEVS de cælo clamat: Non habebis Deos alienos, Exod. 20. nec assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Inuoca me in die tribula- Psal. 50. tionis, et ego te exaudiam. Hanc gloriam nulli vult dare alteri, nec hono- Isa. 42. rem suam sculpsitibus, aut etiam mortuis, qui nesciunt quid in his terris a- Ib. 63. gatur, ignorant nos. Et Saluator à suis discipulis hac de re rogatus, eos do- Lu. 11. cet: Cum vultis orare, dicite: Pater noster, et c. Item Veri adoratores, Ioan. 4. 26. adorabunt PATREM in Spiritu et Veritate. Et quicquid petieritis PA- TREM in nomine meo, dabit vobis.

C iij Ponti-

## De Antichristo

22. Pontificij, non Angelos modo, sed Patriarchas, hac vita sanctos, Prophetas, Apostolos, Euangelistas, omnes Martyres, confessores, Virgines, & sic homines mortuos, ut intercessores, in primis D. Mariam Virginem totumq; exercitum caelestium, innumeram Deorum dearumq; turbam, etiam eos qui in rerum natura nunquam fuerunt, non modo absq; omni verbo, promissione, & exemplo, & sic frustra, ut Baalim olim summi Baal, invocantes: sed etiam contra Dei verbum, 14. Opitulatores constitunt. Et idolomania plus quam Ethyica, singulis morbis, malis, regionibus prouincijs, oppidis, pagis, hominibus etiam, prouinciales Deum tutelares, laresq; peculiare constitunt.

23. De cultu diuino & operibus bonis, Deus in suo verbo docet, haec sibi solum esse gratum, quem ipse verbo suo praescripsit: Non quod videtur, sed quod ego tibi praecipio, hoc tantum facies Domino Deo tuo. Non addis quicquam. Et Christus: Frustra me colunt, docentes mandata hominum.

24. Contra, Pontificij docent: Voluntarium cultum, quem homines suo confingunt ingenio, bona intentione, ut Deum honore afficiant, non solum ipsi gratum, sed etiam gratiorem longe eo esse, quam quem Deus suum mandauit.

Hosius. 25. Hinc etiam tot ordines & sectae potius, & examina Monachorum & Nonnarum, propemodum innumeri, quorum alibi 128. Virorum & Nonnarum, tum enumerauit, qui solos se spirituales vocitant, vtorumq; suorum de seruatione non sibi tantum vitam se mereri eternam gloriantur: sed etiam supererogationis opera alijs, recepto precio venditant, non a Dei Spiritu institutos, (carnales enim Apostolos vocat, & antequam nascerentur, damnauit.) Sed ab hominibus omnes & singuli excogitati, qui etiam se auctores referunt, cum Apostolus nec suo nec Petri nomine quencquam appellari voluerit. Ex eodem fonte natae sunt indulgentiae pontificiarumq; nundinationes, quibus promittebatur plenaria peccatorum omnium remissio, tantaq; virtus illarum esse perhibebatur, ut si quis etiam impossibile (horresco referens) D. Virginem Mariam Dei genitricem stuprasset, tinniente auro vel argento in pelui, indulgentijs istis propitiatoris Romani redemptis, absolutionem ab omnibus peccatis consequeretur. Hinc concursus ad statuas, Adoratio imaginum, & quidem

Hosius.

Refutatione Affer

tionum Iesuiti-

carum fol. 20. 21.

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 3

dem specie adorationis, quares & prototypa ipsorum, peregrinationes die S. Marci, Rogationum hebdomada, ad sepulchrum Domini Hierosolymam, Compostellam in Hispaniam ad D. Iacobum, Romam ad limina sanctorum Apostolorum, ad D. Catharinam in monte Sina, Aquisgranum ad D. Virginem Mariam, Lauretum ad eandem, & ad alia complura passim loca. Salutationes eiusdem vespertino & matutino tempore, ad quas homines peculiari excitantur semper campana, Salve Regina, Reliquie sanctorum suppositiæ & nothæ, variae ridiculæ, fabulosæ, superstitiosæ, Templorum Therathurgicæ dedicationes, in scripto in puluerem Græco Alphabeto, similiter & altarium, in quibus Missæ impie demurmurantur in omnibus angulis, consecrationes Magicæ Elementorum, ignis, aque, tempestatum aeris, & omnium propemodum creaturarum in vsu alios spirituales præter suam naturam, ad quam sunt create, expulsis inde per exorcismos nescio quot Demonum myriadibus, olei catechumenorum, infirmorum, Chrismatis, salis, herbarum, Cereorum pomorum, placentarum, ouorum, carnum, vestium sanctimonialium, ut sint arma & munitum quæ Satanâ fugent & homines sanctificent, ut cuculle Monasticæ: cineris, palmarum, ensis, Rosæ, panis in Deum, qui pompa Persica circumgestatur, reponitur, adoratur, discrimin & prohibitio ciborum & nuptiarum, quæ Apostolus doctrinas vocat Demoniorum. Horarum canonicarum & aliarum preclarum in hortulis anime & Rosarijs demurmuratio, similiter & Ave Maria, ac precatio Dominica in Psalterijs & Rosarijs certo numero comprehense. Crux indulgentiarum. Septem Sacramenta sic propriè dicta. Vnctio infantium baptisandorum, Cathecumenorum & Sacerdotum ad Missæ sacrificium offerendum, septemq; illorum ordines. Vestes Leuiticæ, & Missicæ ista panoplia, lucernæ & candelæ dies noctesq; in tēplis ardentes. Thuribulum, thymiamata ad sepulchra, Monstrantiæ, Cymbala, Litanie mortuorum hominum, & D. Mariæ inuocatrices. Osculationes & adorationes crucis. Ieiunium quadragesimale, quatuor temporum, & professorum. Festum corporis Christi. Confessio auricularis. Satisfactio pro peccatis per opera in debita. Agnus Dei ex cera, filo & plumbo à Pontifice confectus, & consecratus, qui fingitur eandem vim habere cum Christo vero agno, ut sanguis Christi peccatum frangit & angit. Loto peduna

## De Antichristo

pedum Pharisæica, die cœnæ Dominicæ. Principium Euangelij Iohannis membranula descriptum, & à collo suspensum, item lectum & auditum contra vim tempestatum. Sed dies me deficiet prius, quam omnes & singulas papatus impietates recenseam.

**Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,  
Ferreæ vox: omnes scelerum comprehendere formas,  
Omnia Pontificum percurrere crimina possem.**

Defatigatus sum nuda quorundam recitatione, ut alia huius generis præteream plurima, tantumq; Augiæ est stabulum, ut ad illius reparatorem plures non sufficerent Hercules. Taceo iam impietatem reliquæ Papatus, taceo persecutionem & crudelitatem plusquam Neronia. Taceo alia complura, ubi in omnibus propemodum & singulis doctrinæ cœlestis capitibus contraria Christi vnici nostri Saluatoris, & Romæ Pontificis, regniq; ipsius dogmata ad oculum, ut superius in quibusdam factum est, demonstrare promptum esset & facile, in quibus hic se Christo opponit, contraria illi proponens dogmata & cultus, ut manifeste prodatur esse qui est & dicitur Antichristus: Hæresiarcha et Hæresiarcharum omnium & Hæresium caput, lernam & sentinam impietatis, Magiæ, Idolomanie multiplicis & corruptelarum doctrinæ cœlestis. Quæ non instar aliorum Hæresiarcharum, vna aut altera, vel etiam paucis tantum quibusdam contentus est erroribus, sed plures sexcentis fouet, facit omnia prophanans, nihilq; syncerum relinquens aut integrum. Ex quibus, qui Antichristum Romanum agnoscere nolunt, nã illi talpis cæcitate sunt, & Pharaone magis indurati.

26. Et hæc sunt in genere è scriptura S. sumpta, quibus re ipsa comprobatur, papatum Romani Pontificis, regnum esse Antichristi. Ideoq; considerandum omnibus quibus animæ suæ salutis curæ est. Etsi enim quædam in his, quæ præcedenti propositione recensuimus, inter Adiaphorata numerari possent: quia tamen opinione meriti, cultus & necessitate omnia ista fiunt, non amplius libera sunt, sed cum libertate Christiana pugnant, & libertas ac veritas Euangelij in his periclitatur. Et si maxime non contra fidem pugnarent, quia tamen multitudine sua, humana presumptiones (ut Augustinus loquitur) Ecclesiam seruilibus oneribus premunt, ideo abijciendæ, ne iugo seruitutis iterum subijciamur.

Aug. Epist. 119

27. Quod verò obijciunt Antichristi satellites, non esse hæc Verbo Dei prohibita, ideoq; toleranda & bona: Respondeo, eo ipso, quia Verbi Dei autoritate destituuntur, esse prohibita in sacra scriptura. Quia in ea, addi quicquam cautum est, & mendacij ea omnia arguuntur Deut:

Rom. 14.

4. prouerb. 30. Imò peccata esse talia omnia eadem testatur scriptura, pronuncians, quòd quicquid non est aut fiat ex fide, peccatum esse. Ex fide autem fieri nequit, quòd Verbi Dei autoritate caret: quia fides solo Dei Verbo, tanquam fundamento certo, nititur, Roman. 10. Illa ergo omnia etsi non disertè & in specie singula ordine recenseantur & verbo Dei prohibeantur: (Quis enim humani ingenij & cordis, quòd est in scrutabile, adinventiones & phantasias describere in specie possit?) Tamen spiritus sanctus cum ea non præceperit, peccata esse pronunciat. Et hæc quidem hæcenus in genere de Antichristi notis.

28. Sed his non contentus Spiritus Sanctus, insuper & in specie notis quibusdam certis describere Antichristum voluit: quibus electi admoniti, sibi, suæq; salutis consulere, eumq; cauere discerent: ne pompa, splendore, magnificentia, ampullisq; verborum, quibusdam quasi præstigijs obiectis, fascinarise paterentur, sibiq; illudere. Ideo iam etiam, in Romanum Pontificem competere omnia, quæ de ipso in scriptura S. Veteris & Noui Testamenti sunt prædicta, quibus etiam tanquam proprijs suis, & viuis coloribus graphice est descriptus, ostendemus.

29. Daniel Vir desideriorum Cap. 8. (Nam quòd septimo habetur capite, magis ad Turcicum, quam Antichristi regnum pertinet) etsi secundum literam principaliter Antiochum Epiphanem, qui Iudeos, tum Dei populum, prophanato templo, abrogatis sacris, & sacrificio iugi ablatò, duriter afflixit, Sanctos Dei crudelissimè est persecutus & occidit, descripserit: non omnia tamen referri ad Antiochum istum possunt. Quòd ex textu colligitur, ubi dicitur, Visionem ad tempus finis pertinere: Item ad dies multos: quæ de Antiocho accipi non possunt: quòd non ita longè post, eius Tyrannis sit subsecuta. Quare rectè ab interpretibus ad Antichristum accommodantur, sicut etiam optimè in eum quadrant.

30. Hæc autem Prophete sunt Verba. Post regnũ illa, cum præualuerint præuicatorum: stabit Rex fortis facierum, & intelligens propositiones, ænigmata. Et roborabitur fortitudo eius, sed non fortitudine ipsius, & mirabiliter vastabit, & prosperè illi succedet, & faciet, & vastabit

C

vastabit

## De Antichristo

vastabit robustos, & populum sanctorum. Et per intellectum suum prosperabit dolum in manu sua, & in corde suo magnificabit sese, & in per vastabit multos. Quin etiam contra principem principum consurgens, & absq; fortitudine conteretur.

31. Hec ad Antichristum pertinere, dubium nemini est. Quem et quemadmodum & Apostoli Paulus, Petrus, & Ioannes perinde ac si unus esset, & singularis pessimi hominis persona, describant: Non tam sentiant Antichristum, unum tantum fore & singularem hominem, cui quo eius potestas & regnum oriatur & occidat. Sed unum aliquo precipuum impietatis regnum in Ecclesia, in quo vnus aliquis semper futurus sit illius regni caput & Monarcha, qui Christo se sit oppositurus, hoc q; administraturus regnum. De quo infra plura, propositi 69.

32. Omnia autem, & singula Prophete verba in Romanum Pontificem quadrare, res loquitur ipsa. Hic enim quarta & postrema Monarchia, Romana, iam inclinante & ruente, facta prauaricatione, hoc est, ut Apostolus Paulus interpretatur, defectione à fide & Veritate, surrexit. Sed ubi surrexit? Hic quidem id non dicitur, sed capite 12. eiusdem habetur: Nempe, inter duo maria, Adriaticum, & Oceanum, in monte sancto, vel in clyto, in Ecclesia, & quidem Romæ septem collium, quæ olim fuit sedes Ecclesie veræ. Sicut & Apostolus clarè explicat, dicit inquit: Sedens, homo sceleratus ille, in templo Dei, hoc est, in Vera De Ecclesia. Et cuius modi Rex? Fortis facierum, hoc est, gestibus, habitibus specie externa, prætexit, ac Hypocrisis, seu laruis externis, apparentibus inq; oculos incurrentibus. Cuiusmodi sunt ceremonie Papatus, in quibus totus ille consistit. Ut quod Rex hic Antichristus triplici redimitur Monarcha corona, non pedibus instar reliquorum incedit hominum, sed maxima gestatur pompa sublimis in sella splendide conspicendus, inter ipsum Cardinalium Senatus, Purpura insignis, auro omnia splendens thesauri & opes, ac regna mundi, ornatus & habitus Ecclesiasticus, cantu pulsus, statuæ diuorum ex marmore, auro, argento, fulgentes. Et tribus qua, de quibus supra 25.

33. Intelligens inquit, propositiones vel enigmata. Qualis Regalis lex. Verbis consistit hoc regnum & doctrina obscura, velut enigmatibus quibusdam, quæ sunt traditiones & mandata hominum & Mystica Theologia, sicut in Rationali diuinorum est videre obsequiorum. De

creta item & Bullæ Pontificum, horumq; immensa & nullis limitata terminis potestas, quam sibi arrogandi condendi leges è scrinio sui pectoris, leges figendi & refigendi, quidvis statuendi de certa scientia, & plenitudine potestatis: nullis teneri legibus, Imperatorum excommunicatione, quos de solio Maiestatis propter causas priuatas, siue veras siue falsas deposuerunt, ab obedientia & iuramento fidelitatis præstito, soluentes subditos. In his & non viribus, vel robore aliquo exercitus (cui alius facile potuisset opponi) consistit virtus eius, qua terribilis fuit summis terræ Monarchis. Hacq; ratione prosperatus est dolus in manu eius, perrupit mendacijs, crimine falsi admissi, commento, de Concilij Nicæni decreto, donatione Constantini: Frustrasse multis pijs, & doctis ac etiam præpotentibus illi se opponentibus. Sicut & Concilium Affricanum Carthagini celebratum, cui & D. Augustinus interfuit. Omnia peruertit, etiam Scripturam ipsam Sacrosanctam corruptelis, & falsa præcipuorum eius locorum interpretatione, & deprauatione, vt regnum suum stabiliret. Vt Matth. 16. Tu es Petrus. Ioan: Vlt. pascite oues meas. Et, Ecce duo gladij hic. Ergo Papa habet vtrumq; gladium & potestatem, & vacante sede imperij, ius illud ad se rapiendi.

34. Et secundum intellectum suum facit omnia. Sicut in bullis suis rugit. Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quod de sententia Romanæ Ecclesiæ non liceat iudicare. Item, si Papa suæ & fraternæ salutis negligensprehenditur, inutilis & remissus in suis operibus, & insuper à bono taciturnus, quod magis officit sibi & omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit primo mancipio gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus. Huius culpas isthic redarguere præsumit mortalium nullus. Quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine est iudicandus.

35. Quam autem magnifice de se senserit, verbis opus non est. Nam & ex his que iam sunt dicta & alijs apparet: Se enim Christi vicarium in terris, cum tamen ille nusquam longius à sua absit Ecclesia, quam præsens ipse verbo & spiritu suo perpetuo gubernat, Apostolorumq; vocat successor. Se de nihilo posse facere aliquid gloriatur. Præcipit angelis Paradisi, vt animas morientium in peregrinatione Romam versus ad redimendas indulgentias anno iubileo statim immediate recipiant ad æternagaud. a. sicut & in sermo quosq; & Diabolis, dicens: Nullatenus volumus infernalibus

C ij poenis

Distinct. 40.

Ja denn Teuffel  
Babst, vnd höle  
lich Feur auff  
deinen Kopff.



## De Antichristo

pœnis eos affici. Maior Apostolo Paulo, cuius dictis possit derogare con-  
traq; eius Epistolas statuere. Secundum Rotæ decisi. Carolus Ruinus, &  
Deus sibi cetera omnes leges, eiusq; Celsitudini nulla possit lex imponi.  
Fortunus Garria. Qui omnia iura habeat in scrinio pectoris sui, etiam  
Idiota sit, & proprii sui immemor nominis. Quod primus propter rabi-  
tatem sibi sumpsit Paulus 2. homo indoctissimus, osq; doctorum omni-  
um, quos ab offi ijs remouit, teste Platina.

36. Quod porrò addit Propheta: Aduersus Principem quoq; Primi-  
pam, hoc est, Christum, consurrecturum esse Antichristum: quomodo  
i sa comprobauerit se esse illum, in præcedentibus, oculis subieccimus. Pro-  
positi. 7. & sequentibus.

37. Idem Propheta Cap. 11. quòd omnes Doctores Unanimitè  
Antiochi persona ad Antichristum referunt, & hunc, & nouissimum tem-  
pùs in quo nunc viuimus, ita artificiosè descripsit, ut ne Apelles quidem  
penicillo melius illum delineare possit: Quod omnia faciat Rex iuxta vo-  
luntatem suam, extollens sese, atq; magnificabit aduersus omnem Deum,  
& aduersus Deum Deorum loquetur horrenda: Hoc est, non curabit  
Christum Deum, verbum eius & scripturam sacram, sicut sese iactat  
esse supra scripturam, concilia, & omnia. Nec cultum diuinitus institui-  
tum, nec Magistratum curabit Politicum, sed superbè hæc omnia contem-  
net, ut ex præcedentibus patet.

38. Nec ad concupiscentiam mulierum) hoc est, honestum coniugium  
& castum mulierum amorem non curabit. Hunc enim suis Spiritualibus  
tanquam carnalem prohibuit: ita tamen, ut se aliàs omni turpitudinis ge-  
nere, immuditie, & vagis libidibus polluant, & ut Montales ad aliorum  
Vxores & filias assumant, asserentes, minus peccare sacerdotem scortati-  
onem, quam coniugem.

39. Et Deum Maximè venerabitur in loco suo, & Deum quem igno-  
rauerunt Patres eius, colet auro, argento, & lapide precioso. Idolum Ro-  
mani Antichristi, Missa est, paululum inflexa voce, quæ ignota fuit patre-  
bus Ecclesiæ, qui fuere Apostoli. Hi enim ad solam preceationis Domini  
omnibus Apostolis recitationem, coenam Domini celebrauerunt. Postea verò paulatim er-  
restatur Gregor. uit superstitio, singulis Pontificibus aliquid assuentibus, donec centon-  
Magnus. istis pandora prodiret, auro, argento, gemmis ornata, quæ iam in omnibus  
Antichristi regnis, templis, collegijs, Monasterijs & angulis maxima  
pompa

pompa decantatur, celebratur & demurmuratur. Hic Deus est eorum, conferens, iuxta istorum opinionem, non celebranti solum, sed & omnibus eius spectatoribus, pro quibus offertur, viuis & defunctis, remissionem peccatorum. Et patronis huius sui Dei Maximus, multiplicabit gloriam, dominari faciet illos, terramque praeij loco diuidet. Cuius rei commentarius est & testis locupletissimus experientia. Vide Episcopatus, Collegia canonicorum, Monasteria, Abbatis, Prebendas pingues. Sicut vulgo dicitur: *Vbi Pfaff, ibi Gelt.*

40. Veniet quoque in terram desiderabilem) hoc est: Antichristus inuadet Ecclesiam, se collocans in templo Dei, seducet multos pios, bonos, & doctos etiam, exercens Tyrannidem suam, abrogatis & euersis cultibus diuinitus institutis, & pro sua libidine, alijs institutis, nulla verbi Dei habitata ratione. Ita ut suas traditiones & decreta, praeceptis Dei longè praeferat. An non verò longè grauius Papae decreta violantes puniuntur, quam mandatorum Dei transgressores? Sacerdos honestus maritus, quam scortator? Integra Domini coena vrens, aut feria sexta carnibus vescens, quam adulter?

41. Mittet quoque manum suam in terras) Legatos suos à latere indulgentiariorum, Curt sanos &c. collectum pecunias & thesauros orbis Christiani. Vnde additur: Dominabitur thesauris auri, & argenti, omnibusque concupisibilibus, regnis etiam & prouincijs huius mundi.

42. Et erit mirabilis Vastator) Vastauit enim fidem in Christum, dubitandum docens de gratia Dei & remissione peccatorum, veros Dei cultus, & inuocationem, ut supra demonstratum est. Non vrget DEI praecepta, sed sua Decreta, ceremonias, & traditiones, vota Monastica, delectum ciborum, nuptiarum prohibitionem, satisfactiones, & obsequia, id est, voluntarios cultus, sacrilegam coenae Domini lacerationem, Missae sacrificium propitiatorium. Quae omnia & singula, ut supra quoque 23. est dictum, verbo Dei damnata, quibus Ecclesiam Christi, politiam Christianam, & aconomiam, tres ordines soli Hierarchicos diuinitus institutos vastauit, suis etiam num clamoribus, canes impudentes, Antichristi Rom. Satellites, defendere non erubescunt. Quare re clè impudens Rex à Propheta supra est dictus Romanus Antichristus.

43. Sed tamen interim mirabiliter Deus suam seruabit Ecclesiam & electos. Rumores autem, inquit, terrabunt illum. Sonitus nempe doctrinae caelestis:

## De Antichristo

cœlestis: cum antea frustra & infelicitè etiam aliquoties arma contra eum fuerint expedita. Venit enim ad summitatem & nemo auxiliabitur ei. Nec Iebusei, etsi maximo conatu, viribus coniunctis, sedem eius labescentem fulcire cupiant, nec Sophistæ Scholastici Mathæologi, rane conxantes, nec locustæ stridulæ, Rhetorculi. Multò verò minus reges terræ qui cum eo fornicantur. Sicut & Apostolus prædixit: interficiet eum Spiritus oris sui, hoc est, gladio Verbi Dei, quod factum est, & fit hodie. Hi enim superiores sumus Diabolo & eius Vicario Antichristo, cuiusq; omnibus patronis, & satellitibus, quantumvis aliàs disertis, eruditis, subtilibus. Hic cedant necesse est. Portæ enim inferorum hic non præualebunt.

Dan. 8. 11.

44. Et quod dicitur Antichristum ablaturum esse iuge sacrificium: Verisimum est omnino. Nam quod ad literam, Antiochus potius Hierosolymis, illud abrogavit. Nec malè sed rectissimè idem etiam de Antichristo dicitur, qui hoc ipsum facturum erat. Quod perperam de Missæ Pontificiæ quidam abrogatione interpretantur. Typus enim iuge sacrificium non Missæ illius, qua ex Sacramento fecerunt sacrificium Verè propitiatorum pro vivis & defunctis, quæ horrenda est cœnæ Dominicæ Propitiatio, fuit: sed Vnici, Verè propitiatorij sacrificij Christi, qui est agnus Dei, tollens peccatum mundi, per illos iugis sacrificij Veteris agnos, quotidie mane, & vespèri iugiter, & indefinenter iuxta mandatum Dei, oblatos, representatus. Qui Vnica pro peccatis oblatione, consummavit æternum sanctificandos. Semper enim & perpetuò huius durat effectus, & semper hinc ab origine mundi est occisus.

Idem. 1.

Heb. 10.

Apoc. 13.

45. Hoc iuge sacrificium multis modis Romanus abrogat Pontifex, eneruans illud Missis suis impijs Idololatricis & εἰδωλότροις, hæc illi equiparans per omnia, tantum excepto oblationis modo, quod illud cruentum sit, hoc incruentum. Deinde doctrina sua prava & peruersa, merito Christi derogans, idq; ad varia hominum opera, & cultus ab eis excogitatos, de quibus supra, transferens. Similiter persecutionis Euangelij, & doctrinæ sincere, de Vnico Verò & iuge Christi sacrificio.

Mal. 1.

46. Sicut eadem Euangelij prædicatio de Christi passione & merito, & nequaquam pandora illa, Missa Pontificiæ, oblatio illa est munda, de qua Propheta est vaticinatus, quæ in Ecclesia noui Testamenti Deo in omni loco offertur, diuulgato Verbo Dei per totum terrarum orbem: cuius se

Apostolus

Apostolus λατρυῶν vocat ἑρπυζῶντα, id est, sacrificulum sacrifican-  
tem Euangelium Dei, ut fiat, inquit, oblatio gentium (quas suo ministerio,  
& Euangelij prædicatione inter gentes sparsa, Deo adducebat) accepta  
& sanctificata in Spiritu sancto. Sicut verba quoque Isaie, unde Mala-  
chias sua est mutuatus, hoc ipsum clarè & manifestè volunt, quæ ut di-  
ctum est, Apostolus in hanc sententiam, quod demonstrauimus, interpre-  
tatur. Prorsus ergò non audiendi sunt Pontificij, hæc illustria Prophe-  
tæ oracula, contra Spiritus S. interpretationem, petulanter ad sui Idolicõ-  
firmatione detorquentes ac deprauantes, hocq; modo præcipuam Christia-  
norum doctrinam corrumpunt, summamq; adimunt consolationem.

47. Procedat in aciem & Apostolus, qui plus reliquis omnibus labo-  
ravit, & Antichristum cum suo regno nobis describat. Is autem hominem  
peccati, seu scelerosum eum primum vocat, qui cum prius ipse à fide &  
veritate doctrine cælestis descenderit, alios peccare secum faciat, eosq; Idolo-  
latria sua secum seducat: & filium perditionis, quòd non ipse solum pe-  
reat, sed alios quoque innumerabiles populos, sicut de se verè est cõcionatus,  
quia sacerdos summus, cateruatim secum ducit mancipio gehennæ, cum  
ipso plagis multis in æternum vapulaturus. Deinde, causam eius efficien-  
tem, Satanam, secundum, inquit, Satane operationem. Non enim à Chri-  
sto, sed à Diabolo papatus Rom. est fundatus, unde & Antichristus, quia  
aduersarius Christo, dicitur. Quia aduersatur & extollitur super omne,  
quod dicitur Deus & colitur. Sicut omnem illi datam esse potestatem in  
cælo & in terra (quod de solo Christo scriptura S. testatur) quæ se exten-  
dat ad cælestia, terrestria, & infernalìa, falso gloriantur. Anton. Florent.  
Vid. 34. Sicut & cælestium, terrestrium, & infernorum dicitur Dominus.

48. Et ut sibi, suisq; dogmatibus auctoritatem conciliet, signis magna  
virtute, & prodigijs editis coruscabit. Quæ tamen mendacia vocat A-  
postolus, quòd partim non sibi vera, sed conficta arte, dolo, fraude, im-  
pura, spectris Diabolicis, quæ animæ defunctorum putabantur, quod Sa-  
tanæ artificium D. Chrysost. iam olim intellexit, dicentes introducens: A-  
tanta huius ego sum: cum, inquiens, non anima defuncti sit, quæ ista dicit:  
sed Dæmon, qui hæc audientes, ut decipiat, fingit. Ideoq; inquit, vetula-  
rum hæc verba temulentarum, ducenda sunt, & puerorum terriculamen-  
ta. Hinc cœnæ Do-  
ta. Partim quod ad mendacia, hoc est, falsa dogmata confirmanda: ut ad  
idolatricam mortuorum inuocationem, concursus ad statuas, & eregri-  
tationes, & vota impia diuini nuncupanda, faciant.

49 Quòd sic.

Dist. 40.

Vide librum D. Lu-  
theri, de papatu  
Rom. à Diabolo  
fundato.

Antonius Archie-  
piscopus parte 3<sup>a</sup>  
Tit. 22. Cap. 16.

Chrys. in Matth.  
Cap. 9. homi. 29.

Atqui his papatus  
de purgatorio or-  
ta. Hinc cœnæ Do-

ta. Hinc cœnæ Do-  
ta. Partim quod ad mendacia, hoc est, falsa dogmata confirmanda: ut ad  
idolatricam mortuorum inuocationem, concursus ad statuas, & eregri-  
tationes, & vota impia diuini nuncupanda, faciant.

49 Quòd sic.

## De Antichristo

Chrysoſt. in 2. ad  
Theſſal. homil. 4.

49. Quod Verò iam inquit, mysterium operatur iniquitatis, sed  
tinetur, donec è medio fiat, qui tenet nunc: Hæc verba rectè veteri  
Romano interpretati sunt imperio. Illo tempore ruente, oritur  
Antichristum, & vacantem, inquit Chrysoſt. Imperij principatus  
inuadet, & tentabit ad se rapere & hominum, & Dei imperium. Quæ  
admodum enim Monarchie illæ destructæ sunt, quæ ante Romanam  
fuerunt imperium: ut pote Medorum à Babylonijs, &c. Ita & regnum  
Romanorum ab Antichristo, & ille à Christo, & ista nobis Danielus  
magna claritate tradit: Et tunc inquit reuelabitur iniquus. Et quid  
ista? Propè aderit tunc consolatio, quem Dominus Iesus consumet Spiritu  
oris sui.

50. Et hoc ipsum quod D. Chrysoſt. Vaticinio prædixit Spiritu, Antichristum ad se rapturum utrunq; & hominum & Dei imperium: id ipse  
met non verbis testatur dicentes, Papam ius utriusq; gladij à Christo  
accepisse, adeoq; ipsum imperium ab Ecclesia dependere, & ita de necessi-  
tate salutis credi ac teneri firmè oportere. Item Papam superiorum  
tem ad imperium sine dubio habere, & vacante imperio, imperatorij  
cedere: quod Christus Rex regum, plenitudinem potestatis, Papæ  
persona Petri concesserit. Quam sibi sumpsit potestatem Hildebrandus  
Monachus nigromanticus, qui illegitimè papatum inuasit, & de suo  
maiestatis Henricum 4. Imperatorem deiecit.

51. Sicut Concilium Vuormatiense, circa annum Domini 1075. ce-  
lebratum, cui interfuerunt omnes totius Germaniæ & Galliæ Episcopi,  
cuiq; etiam postea Italiæ Episcopi subscripserunt, Hildebrandum,  
Gregorium & se nominavit, cum propter alia, tum etiam, quod utrumq;  
& imperium, & pontificatum, sicut Decij, & falsorum Deorum cultores  
facilitate consueverunt, Usurparet, damnauit. Et Philippus Galliarum  
Rex, Pulcher dictus, Bonifacio 8. Pont. Romano respondit  
Philippus Dei gratia, Francorum Rex, Bonifacio se gerenti pro summo  
pontifice salutem modicam, siue nullam. Sciat tua maxima fatuitas, à  
temporalibus nos ali cui non subesse: Ecclesiarum & Præbendarum con-  
suetudinem ad nos iure Regio pertinere. &c. Secus autem credentes, fatiosos  
& dementes reputamus. Quod si horum successores utrobique, in se  
se Rom. Pontifici opposuissent, melius cum Ecclesia & regnis illis actum  
esset.

52. Quod igitur dicit: Extollet se super omne quod Deus dicitur aut numen, in templo Dei sedens: quod Apostolus de eodem repetit Antichristo: in neminem quadrat, nisi in Rom. Pontif. Nam etsi alij quidam fuerint qui furore Diabolico statuas suas in templis iuxta Iouem collocari voluerint, sibiq; honores deferri Diuinos, & Caligula suam Hierosolymis in sacrario Dei: horum tamen nullus in Christi se ita efferre Ecclesia ausus est, sicut Rom. Pont. qui diuinam omnem sibi arrogauit potestatem, in Cælo, terra & inferno.

53. Locum ergo regni describit, quod in templo Dei, non inter Iudeos in Babylone, sed in Vera Dei Christi Ecclesia, ad gubernacula sit sessurus Antichristus, & non agnitus dominaturus, idq; prætextu Christi, cuius se esse vicarium, mentitur. Nam si scripturam S. diuinitusq; instituta Sacramenta penitus damnasset, in Ecclesia Christi dominari non potuisset. Sicut Turcæ, etsi in Græcia Christianis imperent, sibiq; subiectos eos habeant: tamen Ecclesiæ eorum non dominantur publicè.

54. Sed Dominus Iesus vicissim Antichristum occidet Spiritu oris sui, gladio se: verbi sui. Quod paulatim iam olim fieri cœpit, vt postea dicitur: nostra autem ætate, tuba Verbi Dei per electum Dei organum D. Lutherum, clarissimè clangente, omnibus est manifestatus sceleratus Antichristus Romanus, & conuictus ac occisus. Qui etsi adhuc aliqua ex parte maneat: ingens tamen facta est regni ipsius inclinatio, languet, & in extremis iam agit. In aduentu verò illustri Christi, ad iudicium (quod isti non credunt) penitus eum destruct, & in ignem perpetuum, cum omnibus suis conijcet, vt illic impietatis, Blasphemiarum, crudelitatis, persecutionis, & sanguinis innocentis ab Abel iusto effusi, pœnas luant, Bestia & Pseudopropheta, & qui fecerunt signa, quibus seducti sunt qui acceperunt charactere bestie, & qui adorauerunt imaginem eius. Hi mittentur omnes viui in stagnum ignis ardentis & sulphuris. Apocal. 14. 19.

55. Sed & D. Petrum, cuius ille successorem se esse gloriatur, audire præstat, Antichristum graphicè depingentem. Prædicat autem ex falsis Doctoribus, vt olim Pseudopropheta ex populo Dei, & sic in Ecclesia, & ex eadem exurrecturos Magistros mendaces, qui sectas sint subintroducturi, ac Dominum, qui ipsos redemit, abnegaturos, multosq; ipsorum perditionem (ex illa legunt quidam) secuturos, per quos via veritatis blasphemetur. Et per auariciam fictis sermonibus, de vobis, inquit,

D negotiabun-

## De Antichristo

negotiabuntur. Dominicos siue Magistratum contemnent, oculos habentes plenos adulterijs, & qui a peccando cessare nesciunt.

56. Manifestiora sunt hæc, quàm ut multis opus sit, quibus explicetur: quius enim facile, qui Papatum nouit, hæc uidet. Ut enim e multis paucatantum recenseamus: vbi nam. n. sunt Sectæ exitiales Monachorum, Monialium, Canonicorum, & reliquorum ordinum examina propere dum innumera, nisi in regno Pontificio?

Gabr. super. 3.  
Sent. dist. 1. 9.  
Conclus. 5.  
idem super can.  
Missæ lect. 30.

Thom. Aq. fr.  
petr. à Soto.

57. Quis verò in Ecclesia Christi precium sanguinis Christi abnegat præter eosdem? Non enim hic Apostolus de illis qui extra sunt Ecclesiam, et ex professo hostes Christi, Turcis aut Iudæis, Verba facit: sed de ijs qui in Ecclesia sunt administratione, Pontificios intelligens. Qui etsi Verbis eundem profiteantur cum ijs qui in Ecclesia Christi sunt, quod suo non meratus sit sanguine: Re ipsa tamen negant. An non enim hoc reuerentiam sanguinem Christi est negare, docere: quod licet Christi passio principale sit meritum, propter quod confertur gratia, apertio regni, & gloria nunquam tamen esse solam & totalem causam meritoriam. Sed semper cum Christi merito concurrere aliquam operationem, tanquam meritum de congruo, vel condigno recipientis gratiam, vel gloriam. Item nos ad auxilia sanctorum confugere debere, VT SALVEMVR EORVM MERITIS ET VOTIS. Item, omnem actum charitatis absolute mereri vitam æternam. Item, Virginitatem maximam esse peccatorum satisfactio nem & meritum vite æternæ. Si Virginitas, maxima est satisfactio pro peccatis, ergo Christi sanguis minor est satisfactio. An non hoc modo, via veritatis, hoc est, meritum sanguinis Christi, qui nos emundat ab omni peccato, & propitiatio est pro totius mundi peccatis, horribiliter blasphematur? Et hoc modo plurimos secum in exitium abduxerunt.

58. Qui porrò sunt, qui fictis sermonibus per avaritiam negotiantur Christianos, quàm gurges iste in explebilis Pontificius? Hinc enim originem habent, non Episcoporum tantum, & Canonicorum ociosorum Collegia, & Abbatia passim in toto orbe Christiano: sed etiam Pontificis Romani Regna, principatus, quæ Petri pauperissimi, cum suo lacero reit,

aurum

aurum & argentum sibi esse negantis, patrimonium dicuntur: que vi,  
 fraude, mendacijs, dolo, & quocunq; modo ad se rapuerunt Harpye  
 Romulee, que orbem euiscerauerunt Christianum, opes, thesauros &  
 regna mundi suam nassam, Missarum, ac Indulgentiarum nundinatio- *Matth. 23.*  
 nibus, ac prae textu longarum precum, domos non solum viduarum, sed &  
 nobilium, Baronum, Comitum, Principum, Regum, & Imperatorum ad  
 se pertraxerunt, deglutiuerunt ac deuorauerunt. An non enim Romae  
 venalia templa, sacerdotes, altaria, sacra, corona: Ignes, thura, coelum est *Matth.*  
 venale, Deusq;? Vt proprius ipsorum cecinit Poeta. Ex quauis remone-  
 tas falsarij, ex peccatis, non viuorum tantum, sed & mortuorum, qui  
 questus longe fuit vberrius, cudere edocti. Vide Taxam Romanae Cu-  
 ria, vbi singulorum pretia peccatorum, incestus, veneficiorum, adeoque  
 etiam Parricidiorum impunitas redimitur. Quid de Annatis, & Pallijs  
 Episcopatum, Abbatiarum, &c. dicam? De quibus non Imperium mo-  
 do Germaniae in suis 100. Grauaminibus sedis Romanae, in Comitijs o-  
 lim: sed Reges quoque Galliarum iam pridem sunt conquesti, nondum Lu-  
 thero hac de ingluuie vllum faciente verbum. Eandem enim rapacita-  
 tem animaduertit, & quantum potuit Ludouicus 9. qui inter Diuos est  
 relatus, Francorum Rex, circa annum Domini 1230. impedire est co-  
 natus, Sanctionem pragmaticam sanxit, exactiones istas pecuniarias col-  
 ligi prohibens, quae postea saepe a successoribus est repetita. De qua Ca-  
 rolus Molynaeus Gallus Iurisconsult. insignis scribit: singulis annis fere  
 decem myriades (quem, inquit, Milionem Vocant) e regno Galliae Ro-  
 manae vehi. A quo grauamine & nundinatione vniuersitas Parrhisiens-  
 sis, Anno Domini 1517. Martij 27. (antequam Lutherus eodem anno  
 contra indulgentias Pontificias scribere coepit) solenniter appellauit, pub-  
 lice edito instrumento. Hoc ergo est, quod Apostolus Simon Petrus, non  
 de suis successoribus: sed Simonis Iudae Ischariotis proditoris & pro pe-  
 cunia traditoris Christi Saluatoris, scribit: cor eos habere ad extorquen-  
 dum exercitatum. Ideo callide negant haec Antichristi satellites de Anti-  
 christo accipienda (de quo postea suo loco) ne scilicet ex hac nota, cum in  
 eum propriissimè, vt reliqua, competat, cum rerum experientia conuicti,  
 conuenire ei, negare non possint. Hi non modo labes sunt, & maculae, sed  
 salamitas, carcinomata, imò pestes Ecclesiae.



## De Antichristo

59. Vbi verò magis prætimidorum Vanitas Verborum, quam in magno Pontificio in quo iactant: Frustra tenet 4. Evangelia, qui traditio non seruauerit Ecclesie Romanæ. Item: Vbi est maioritas, illic est præcipiendi potestas, reliquos manet obediendi necessitas. Vnde & hæc: Difficile præcipiendo mandamus. Ex proprio motu, ex certa scientia, de pietudine potestatis. De scrinio pectoris Si. Papa &c. Dist. 40. Nemo scit Rom. iudicet.

60. Quinam etiam sunt qui Magistratum contemnunt, nisi Rom. Pontif. cum suis, qui ceruices & colla summorum & optimorum Imperatorum pedibus conculcarunt: aspides & basiliscos appellantes, quos Deus nominis honore dignatus est: Quibus etiã nõ sacerdotes solum & Monachos, verũ & Episcopos vult esse subiectos, vt Chrys. docet & interpretatur verba Apostoli: Omnis anima potestati sublimiori subdita sit, cui ait: ostendit Apostolus, quod ista imperentur omnibus & sacerdotibus Monachis non solum secularibus, id quod statim in ipso exordio declarat cum dicit: omnis anima potestatibus supereminentibus subdita sit, etiam Apostolus sis, si Euangelista, si Propheta, siue quis quis tandem fueris: que enim pietatem subuertit ista subiectio. Et non simpliciter dicit, obedi sed subdita sit.

61. Qui verò oculos adulterij plenos habeant, vbi plus vagarum bidinum, pollutionum, scortationis, quam inter Spirituales istos: sacros, dico, summi & infimi ordinis: Sicut castitatem Romanæ Ecclesie incinit ipsorum popularis, Monachus & ipse.

### Petriq; domus polluta fluente

Mant.

Marcescit luxu. Nulla hic arcana reuelo,  
Non ignota loquor, liceat vulgata referre.  
Sic vrbes, populiq; ferunt, ea fama per omnem,  
Iam vetus, Europam, mores extirpat honestos.  
Sanctus ager scurris, venerabilis ara Cynedis  
Seruit, honorandæ Diuum, Ganymedibus, ædes.

62. Videamus etiam quomodo D. Ioannes Euangelista & Apostolus Antichristum descripserit. Nam & huic plurimus de isto est sermo. Nam tam autem ponit, doctrinam mendacem, & non recte de Christo sententiam, quod vocat, negare Iesum esse Christum. Item, soluere Iesum. Negare

di. etiam Iesum esse Christum, & soluunt, non solum qui de persona eius per-  
peram sentiunt, sicut Heretici olim: sed etiam qui eius negant officium:  
quod solus & vnus sit propitiator, qui pro totius mundi peccatis, sua sa-  
tisfecerit obedientia, ac passione, nosq; ab eis absoluerit & expiarit.  
Quod profecto Romanenses & verbis & factis negant: dum Patriar-  
chas legis naturæ, Hebræos Mosaicæ, Christianos nouæ & Euangelicæ,  
perfectioris scilicet, quam Christus attulerit, obseruatione, iustificatos &  
saluatos esse docent. Et alia die quibus supra plurima.

63. Huc facit titulus, quem Romanus sibi arrogat Pontifex: vniuersa-  
lem se vocans Episcopum Episcoporum. Quam notam esse Antichristi,  
Gregorius eius nominis primus, & ipse Episcopus Romanæ Ecclesiæ, qui Greg. Magnus lib.  
& magnus est dictus, & inter quatuor numeratur Ecclesiæ Doctores, 6. Epistolarū 194.  
his testatus est verbis. Ego autem fidenter dico, quia quisquis se vniuer-  
salem vocat Episcopum, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichri-  
stum præcurrit.

64. Quod si quis adhuc cæcus aded est, vt nolit ex his, quæ hæcenus  
tam clara, tam manifesta, ac palpabilia, tot argumentis, tot testibus omni  
exceptione maioribus sunt comprobata, videre aut intelligere, ac sentire  
nolit, Romanum Pontificem Antichristum esse illum, de quo Scriptura est  
vaticinata: aliam adhuc audiat notam. Spiritus, inquit ter maximus Pau- 1. Timoth. 4.  
lus, manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus, discedent quidam à fi-  
de, attendentes Spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum in Hypo-  
crisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam,  
prohibentium nubere, & à cibis abstinere, &c.

65. Defectio Doctoris Ecclesiæ à fidei doctrina est, ad dubitationem,  
impietatem, fiduciam & merita operum, ad cultus idololatricos, inuoca-  
tionem mortuorum, adorationem panis magicè consecrati, imaginum,  
osium &c. Et vt ab omnibus, doctrinæ Antichristi Diabolicæ, facile a-  
gnosci possint: notas addidit ex Spiritus S. reuelatione, vt loquitur Apo-  
stolus, manifestas, hoc est, in omnium oculos incurrentes, cuiusmodi sunt,  
PROHIBITIO NVPTIARVM, & à cibis abstinentia.

66. An non verò Pontifex Rom. hæc fecit & facit etiamnum hodie,  
in tanta Verbi Dei claritate: omniq; crudelitatis genere adhuc decreta  
istâ Antichristiana tuetur? Prohibens nuptias clericis, totiq; (sic falsò di-  
cto) Spiritualium suorum, ordini à se consecrato, qui characterem bestię

D iij accipit;

## De Antichristo

accipit: & discrimen ciborum in Ecclesiam Christi, utraq; contra  
pressum Dei verbum, inuehens, crudelitateq; plus quam Phalaridis,  
inaciter ac mordicus retinens, etiamnum hodie defendens.

67. Nam quod textum D. Pauli negant Antichristi satellites, de An-  
tichristo accipiendum, de hoc postea videbimus. Et vetus eorum est ca-  
lena, qui doctrinas profitentur demoniorum, quos pudet videri quod  
sunt, ideoq; folia ficus querunt, quibus pudenda sua tegant; quod videri  
neminem a coniugio arceant: sed tantum non nisi coniugium abiurantes  
ad ordines Ecclesiasticos admittant. Verum hoc ipsum commentum  
doctrinam Diabolorum esse pronunciamus, contra expressum Dei ver-  
bum & ordinationem, qua ad coniugium idoneos creat, & vult omnes  
qui continere non possunt, hac sua vi ordinatione & remedio, con-  
estus & flammis libidinum, Et dixit, Non est bonum hominem, esse solus  
faciamus illi adiutorium, quod circa ipsum sit. Et iterum, Melius  
nubere quam vri. Certare itaq; volunt cum Deo Hypocrite, quorum  
mens & conscientia est impura & polluta, sapientia. Et in specie,  
vllum colorem habeant, quo doctrinam suam Diabolicam pingere possunt.  
Non solum in veteri Testamento, Sacerdotes Deus, adeoq; summum ipsum  
Pontificem, qui quotidie Sanctum ingrediebatur, ad sacra faciendae  
offerendum pro peccatis populi: Sed etiam in Novo testamento Spiritus  
sanctus, Episcopus, & Ecclesiae reliquos ministros, maritos honestos  
voluit. Quos Pontif. Romanus, ut ipso facto, se coram tota publica  
Christi Ecclesia, Antichristum esse proclamet, doceat & probet, a mi-  
nistrio repellit Ecclesiastico, cum maximo totius Ecclesiae suae scandalo,  
que pro castis & honestis Sacerdotibus, qui praelucere ei castitate debe-  
bant, et typi esse fidelium, non in doctrina tantum, sed & in conuersatione  
omnis generis turpitudine, et libidinibus varijs & vagis pollutos hircos  
videre, & habere cogitur.

Timot. 3.

68. Ex quibus omnibus & singulis manifestum est, & luce meridiana  
clarius apparet omnibus (nisi caecis papistis, qui in meridie palpitant)  
Romanum Pontif. cum suo regno, Antichristum illum esse, qui a David  
Propheta, & sanctis Dei Apostolis, Paulo, Petro, & Ioanne, est des-  
scriptus. Quod omnia & singula, que in tota sacra scriptura de  
sunt predicta, in eo concurrant, euentuq; comprobentur.

69. Quod vero aduersarius Rhetor Friburgensis, ex Grammatico  
oppo-

opponit hegenis hæc, etsi de Antichristo dicta sint, ut plurimum, tamen de Romano Pontifice accipienda: hac ratione adductus, quia ubi scriptura S. de illo vero, & magno Antichristo, in nouissimis temporibus venturo, vaticinatur: singulari vtatur numero, in nominibus & verbis additis. Sicut Paulus vocat hominem sceleratum & filium perditionis, similiter Ioannes Apstolus, Antichristus veniet. Non dicere eos, homines scelerati, filij perditionis, Antichristi, venient. Tamest enim Ioannes dicat, Antichristi multi sunt, Apertissimum tamen discrimen faciat inter illos, qui tum erant Antichristi multi: Et Antichristum verum, magnum, genere vnum. Sicut & Daniel singulari vtatur numero, in eius descriptione. Et in Apocalypsi bestia dicatur. Sicut semper vnus dicitur, & scribatur homo singularis. Ac multis passim, & semper prolixè, in prolixa sua oratione, numerum repetit & inculcat singularem: cramben non bis tantum, terue, sed multoties coctâ apponit, sibiq; in hoc mirè placeens, cum tamè non primus sit huius figmenti potius quàm argumenti author.

70. Præcipuum hoc est fundamentum, quo tota causa aduersarij pessima, vi similes habeant labra lactuæ, nititur, sed valde infirmum, arenosum, futile, ac puerilis admodum, adeoq; ridicula Grammatelli argumentatio, Doctore Theologo indigna. Nam cum pueris in triuiu discere poterat: Nomina collectiua singularis numeri, pluraliter esse accipienda. Sicut cum dicitur: Turca est potentissimus, Turca est vastator, Tyrannus, Turca venit. Turca Rhodum, Budam, Cyprum cepit: nemo est, præter hunc Grammatellam qui de singulari persona tantum, & non potius de Turcico regno, & Imperio intelligat.

71. Quòd si grammaticum sermonem cum pueris in schola discere puer debet Doctorem: at in Sacro S. scriptura, cuius se Doctorem profitetur, si paulò eam diligentius, aut saltem obiter vel per transfennam inspicere non fuisset dedignatus: prorsus similia exempla, & quidem in eodem argumenti genere, reperire potuisset. Vbi more Prophetico & Scripturae S. vtitur, Regnum vniuersum, persona vnus nomine venit & appellatur. Ut cum Patriarcha Iacob filio suo Iuda benedicit, ait: Iuda, te laudabunt fratres tui, Manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum. Catulus leonis Iuda. Ad prædâ filij mi ascēdisti, requiescēs accubuisti ut Leo, et quasi Leona, quis suscitabit illū. Hic nemo tam ineptus est, qui hæc, etsi ad Iudam dicantur omnia singulari numero, quasi de singulari et particulari persona vel

homine

Gene. 49.

## De Antichristo

homine, ipso Iudæ, quem etiam nominatim presentem compellat: de ecclesia interpretetur, eiusque persona. Sicut etiam Iudas nihil horum profectum in sua persona fecit: sed ad posteritatem eius, quæ longo post tempore aliquot secula, nata est, & ad tribum, atque regnum totum Iudæ, quod nunc est, omnia pertinent & singula.

72. Sic Ioseph, & Ephraim, qui fuit filius Ioseph, non personam sed pro toto regno Israël, in historia sacra, & apud Prophetas passim accipiuntur. Sic Edom, sic Gog & Magog, non de personis, etsi singula omnia numero, sed de regnis dicta sunt, & intelliguntur.

73. Sic idem Daniel Propheta, singulari numero, quatuor bestias nominat (quemadmodum & in Apocalypsi bestia, per quam Antichristus intelligitur) nequaquam singulares personas, aut etiam quatuor tantum Reges, sed quatuor Monarchias, quarum singule aliquot habuere Reges complectitur.

74. Sic itaque de regno Antichristi, quo Romani Pontifices in Ecclesia filij Dei, potiti sunt, idem planè est iudicium: & omnia quæcumque de Antichristo Sacrosancta prædixit Scriptura, de regno eius, in quorum serie multi, continua serie, mutuo sibi successerunt, quique Monarchiæ singule in eo fuerunt, sunt accipienda.

75. Quod si verò omnino volunt singularem numerum, Grammaticè odiosè urgere & retinere literam, instar Iudæorum, & Anabaptistarum contra ea, quæ iam dicta, & illustribus Scripturæ testimonijs & exemplis sunt comprobata: ne sic quidem malè de Papa Romano accipi possunt in hunc modum. Quod semper sit vnus summus Pontifex, & Monarcha regni huius Antichristiani, qui ordine in eo sibi succedunt: nisi ubi interdum per ambitionem, & studia partium, plures fuerint papæ: quorum tamen vnus, potentior qui fuit reliquis, sedem tantum Antichristi obtinuit. Ita ut nihilominus semper sit & maneat vnus Antichristus, homo singularis, peculiaris, ut vult Antagonista, iniqua & non plures simul. Sicque singularem, quod volunt & videntur tantopere, habent hominem Antichristum.

76. Sit ergo, quod in præcedentibus abundè multis est comprobatum Romanus Pontifex Antichristus, & qui ei semper in eadem imperio & cathedra pestilentia, continua serie succedit. Cumque sit ipse summus papatus, seu regni Pontificij gubernator & Caput: consequens erit, ut ipse papatus regnum sit Antichristi.

Ecce, ordinariam  
etiam. 2. Successio  
nem

77. Everso itaq; principali isto, sed valde infirmo Pontificio fundamento, turbine & fulmine Verbi Dei, siquidem ex arenis constabat: totum illud regni Pontificij ædificium, quod erat superstructum, corrui. Sicut & omnia argumenta, quæ ex illo Pseudographemate, plurima deduxit, quæq; inde, instar funicularum ex arena necit (vt cum Irenæo loquamur) declamator, nullo labore soluuntur. Vt cum quærit: Num de viuo, vel de mortuo intelligamus Pontifice Romano? Respondemus, de viuoq;. Nam & qui hæcenus multis seculis præfuerunt, vel obserunt verus, rebus Ecclesiæ, in Cathedra pestilentia, Romæ, Antichristi fuerunt, & erunt, quotquot in hac impietate succedunt Antichristi, defendentes Idola, decreta illius sedis, & alia de quibus in præcedentibus est dictum.

78. Similiter, quod dicit: Si plures Antichristi, quid Christo vero contrarium, & per omnia oppositum? Respondeo, ridicula hæc est obiectio. Quis enim præter istos, dixit, aut si dicat quomodo probabit etiam, contrarietatem vel oppositionem Christi, & Antichristi in personæ vnitæ, vel singularitate consistere? Quam in doctrinæ contrarietate, hoc est, veritate & falsitate, consistere Apostoli testantur, quod supra probatum est. Sicut enim Christus, doctor est veritatis cælestis, ita Antichristus falsitatis, mendaciorum, aut vt Apostolus ipse loquitur, in omni seductione iniquitatis, & doctrina demoniorum. Et semper vnum esse, paulò antè diximus.

79. Nec est necesse, vt in omnibus, quæ in Christo reperiuntur, fiat oppositio per omnia, vt vult aduersarius, sed sicut in similitudinibus, quæ non per omnia quadrant, sufficit si in principali conueniant. Nam aliàs si per omnia (vt Grammaticus ille colligit) Antichristum, Christo contrarium esse necesse est, sequeretur: Quod cum Christus verus sit Deus, & homo verus, Antichristum non verum hominem esse, sed spectrum & phantasma, atq; verum Diabolum, cum hic Deo sit contrarius. Cumq; Christus sit mortuus, Antichristum non esse moriturum.

80. Sic, quod indissolubile (opinionè Antagonistæ) nobis opponit argumentum, tanquam Achillem suum: Si omnino, inquit, concedatur, papam esse Antichristum, quando is sit reuelatus, quærit? De hoc enim non conuenire inter Lutheranos, alijs alia temporum momenta ponentibus. Respondeo. Sicut non vna & singularis est persona Antichristus, quod probatum

E batum

## De Antichristo

batum est, nec subito exiit vno momento, sed paulatim incrementa  
 eius regnum sumpsit: iam, inquit, Apostolus, mysterium operatur iniqui-  
 tatis: ita nec vno momento reuelatus temporis est, Antichristus: sed paula-  
 latim, ac subinde, omnibus propemodum temporibus. Gregorius magnus  
 vt dictum est, Antichristi Prodromum esse dixit, VNIVERSALEM quod  
 appellare ausit Episcopum. Hoc autem scelestum (vt idem loquitur) vocatum  
 cum successor ipsius Bonifacius 3. a Phoca Casaricida, vt quasi extorpe-  
 rit: oratori iam aduersario conclusionem vt addat, relinquo. Sic Platina  
 Regnante Paschali 2. quod accidit anno Christi. 1100. Episcopus Floren-  
 tinus dixit, Antichristum esse natum. Sicut & Vualdenses iam annos  
 amplius quadringentos, papam Romanum, Antichristum esse docuerunt.  
 Sicut supra quoque ex Auentino probauimus, Ecclesiam totam ante quatuor-  
 gentos annos, Papam Rom. Antichristum esse, proclamasse. In quam sen-  
 tentiam, alia quoque similia, in fine subiiciemus.

81. Male ergo Rhetor Eriburg. hic, Vuicleffum anno Domini. 1351  
 primum fuisse auctorem dicit, qui Pontificem Romanum Antichristum esse  
 dixerit, quem deinde secutus sit Huf, & vtrunque Lutherus. Inscitum  
 an malicia id factum sit, an vero vtroque, dubitare quis haud immerito pos-  
 set: vt scane scilicet inseruiret, & populo placerent, quas fecisset fabulas  
 ceca calumniandi libidine abreptus, quod nouitatis nomine etiam nostrorum  
 exosam redderet causam. Quod si infeliciter adeo in historiarum veris

Auentinus lib. 5. satus est lectione: audire ipsum non pigeat, quod Auentini habet Historia  
 Nota, non solum Ingolstadij excusa, vbi inter alia de vero istorum Hellebrando, Greg.  
 Pontif. Rom. esse quem hic Rhetor, sanctissimum vocat, refert. Plerique, inquit, omnes boni  
 Antichristum, nec aperti, iusti, ingenui, simplices, tum Imperium Antichristi cepisse: quod  
 de singulari homi- ea, quae Christus seruator noster, tot annos ante nobis cantauit, euentum  
 ne, sed de eius etiam cetero tempore cernebant, memoriae literarum prodidere. Haec Auentinus  
 Imperio & regno. Hec anno Christi. 1070. circiter facta sunt, ante Vuicleffum 280. annos  
 omnes boni & iu- 82. Sicut & hoc falsissimum est, quod aduersarius negat posse de Pon-  
 tificibus Rom. Verba Apostoli 2. Thes. 2. accipi. Cum vniuersa  
 ra Dei Ecclesia, Ecclesia contra Hildebrandum Pontif. locum hunc Apostoli intellexit  
 intellexit. Hic ve & sit interpretata. Ita enim apud eundem Auent. legitur: Plerique  
 re Catholicus Chri- tum priuatim, tum publice indignum facinus clamitant: pro concione  
 sti Ecclesiae con- Gregorio maledicunt (hoc enim sibi sumpserat nomen, Pontificatum ab-  
 sensus. deptus) Hildebrando male precantur, ipsum odio atque libidine dominantia

Plat. in vita Pa-  
 schatis. 2

Auentinus lib. 5.

Nota, non solum

Pontif. Rom. esse

Antichristum, nec

de singulari homi-

ne, sed de eius etiam

Imperio & regno.

omnes boni & iu-

ra Dei Ecclesia,

intellexit. Hic ve

re Catholicus Chri-

sti Ecclesiae con-

sensus.

prae

principitem agi vociferantur. Antichristū esse prædicant, pietatis sub specie (inquibāt) debacchatur, honestis nominibus bonum publicū simulat, titulo Christi, negotiū Antichristi agitat. In Babylonia (sic Romā vocat more Apostoli Petri) in templo Dei sedet, super omne id quod colitur, extolitur, quasi Deus sit, se errare nō posse gloriatur. In excolenda gloria sua, pertinaci speratq; concupiscentiæ, Imperatoris suo arbitrio constituendi, se deuout, &c. Et postea: Lupus sub ouina pelle se uiuens, ferro tollendus.

83. Sic etiam, quod de ortu, origine & natiuitate Antichristi ex Iudeis parentibus, de tribu Dan, in Babylone regnum habiturū, Patrum test. monijs probare conatur, qui in hunc modum Scripturas S. de Antichristo sunt interpretati, disserit. Equidem non ignoramus, Hieronymum commentarijs suis super Dan. Cap. 11. scribere: Nostros de Antichristo interpretari, qui de Iudeorū populo sit nasciturus, & de Babylone venturus. Sed nullo id Scripturæ probatur testimonio. Prorsus enim nihil ad institutū facere uide id probant: fiat Dan coluber in uia, &c. Idem Hieronymus locupletissimus est testis, & author, qui locū istum de Simfione, in quo impletum hoc fuerit oraculum, interpretatur. Quod igitur ad patres, in genere respondeo: durum, imò ambitiosum uidetur, illis, quod vetustatis nomine, auctoritatem sunt consecuti magnam, contradicere. Verum, non hos audire sumus iussi patres, nisi quatenus sua nobis ex eadem probare possunt scriptura. Sicut multa in hanc extant sententiam, apud August. qui & ipse noluit Cypriani, aliorumue teneri auctoritate patrum, addēs: Talis ego sum in lectione aliorum, tales esse uolo intellectores meorū, &c. Quod igitur ad institutum, notum est decem tribus Israël, iam olim, ante annos bis mille, & amplius in Assyriam abductas, & ita confusas, ut si quæ illarum adhuc extent reliquæ: nullus tamen illorum, se ex tribu Dan natum, profiteri possit.

84. Nec est quod Babylonem in Chaldaea, sedem regni Antichristi fingamus, aut imaginemur: Cum Apostolus, in templo, hoc est, Ecclesia Dei uera, regnū suū habiturū prædixerit. Ideoq; q. Patres de Babylone regni Antichristi sede, dixerunt, de Roma est accipiendū, quæ in scriptura sacra, Babylon dicitur. 1. Pet. 5. Apocal. 14. 16. 18. Sicut & D. Chrysof. in 1. ad Theß. 2. Homil. 4. copiose docet, Antichristum Romani Imperij uasantē Principatum inuasurum et ad se hominum et Dei Imperiū rapere

E ij tentaturum.

Gen. 49.

2. Theß. 2



## De Antichristo

tentaturum. Quod à Pontifice Romano factum, nemo nisi perfrictissimæ frontis homo negare potest, vtrumq; sibi vendicante gladium.

85. Et quod ad Patrum de Antichristo venturo testimonia attinet: in genere constat, Prophetias non intelligi melius, nisi ex euentu, qui optimè earum est interpres, quod exemplis multis declarari poterat, sed vnica sufficiat, de prima Prophetia. Eua, audita promissione, & oraculo diuinitus edito, de femine mulieris, contrituro caput serpentis: de se, suoq; progenito intelligebat & interpretabatur, donec re ipsa, & experientia conuicta, misera, se falsam esse disceret.

86. Impij verò, etsi ad Ecclesiæ veræ gubernacula sedeant: sæpè, ne quidem post impletionem oracula sacra intelligunt. Sicut Pontifices, Sacerdotes, Scribæ & Pharisei Hierosolymitani, diuinitus ante sibi tot circumstantijs promissum Messiam, etiam exhibitum, cum quidem in eo omnia concurrerent, & impleta iam essent, quæcunq; de illo per Prophetas erant prædicta, agnoscere tamen eum, & recipere noluerunt, sed tanquam blasphemum & seditiosum in crucem egerunt. Ideo postea, secundum Christi Propheticam comminationem (quam allegat aduersarius, sed ad nosissimum refert magnum, vt vocat, Antichristum, quo instituto seruiat) alios suo nomine venientes, proq; Messia se venditantes, receperunt, Theodan, Iudam Gallileum, Bencochab. Quid mirum igitur, si istorum successores hodie, Antichristum, Regem suum esse, vt illi Christum exhibitum, vel ex cæcitate, vel ex malitia agnoscere nolint.

87. Et præcipuè, ac in specie, hanc de Antichristo venturo Prophetiã, non intelligendam perfectè, nisi dum compleatur, Daniel ipse, cum interpretationem eius ab Angelo peteret, audiuit: Abi Daniel, quia clausa, & obsignata sunt verba, vsq; ad tempus finis. Condoneatur itaq; & hic error patribus illis, qui talia quedam ante euentum, de Antichristo scripserunt.

88. Quodq; aduersarius dicit: Papam quidem sedere in templo Dei, verum non vt numen, quod adoretur, sed vt hominem, & seruum seruatorum. Nec sibi, sed Petro honorem exhiberi sentire, dum sandalium osculandum præbet. Respondeo. An non hoc est adorari, quod omnia sua decreta vult ab omnibus exosculari, à nemine redargui, aut iudicari, nec à se appellari, cuius sit pro ratione voluntas, cui data sit omnis potestas, in cælo & in terra, quæ se extendat ad cælestia, terrestria & infernalìa? Et qualis hic seruus? scilicet, cui seruiunt omnia? Nisi vt Cham maledictus,

seruus

seruus seruatorum dicitur. Et quis est hic color Rhetoricus, quod non sibi, sed Petro honorem exhiberisentiat? An non enim Hellebrandus ille, ceruicem optimi Imperatoris Henrici 4. calcans, addito sarcasmo acerbissimo, superbia inflatus planè Diabolica, dicens: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem, cum Imperator responderet: Non tibi, sed Petro: Antichristus superbissimus fastu Satanico, regebat: Et mihi & Petro. Et ubi Petrus hunc sibi exhiberi honorem precepit, cum exhibitum etiam repudiaret, Act. 1. 6?

89. Similiter, quod ex Apostolo dicit, duas esse Antichristi causas, id est, efficientem Satanam, 2. defectionem à Veritate: Verum est, quia Apostolus hoc docet. Quod verò addit, neutram in Romanam conuenire Ecclesiam, quia à Christo in Petro, quem toti Ecclesie pastorem praeferit, fundata, nunquam à Veritate defecerit: Vtrumq; falsum est. Nec enim à Christo Petrus vniuersalis est constitutus Pastor, sed cum officio, à quo trina abnegatione turpiter exciderat, restituit, pasceret vt antea gregem: Nec vnquam hoc Petrus agnouit, aut fecit, quod illi Pontificij affingunt, nec fuit Paulo & Ioanne superior: sed quisq; suo loco officium fecit. Cumq; de primatu orta esset inter Apostolos contentio, Christus à suo regno, rem hanc alienam esse respondit. Primatus itaq; hic Rom. Pontif. non à Christo, sed à Diabolo per Phocam Cesaricidam, labore, industria, fraude, vi, dolo Pontificum intercedente, est fundatus. Quod verò negat Rhetor à Diabolo fundato Ecclesiam Rom. à Veritate vnquam defecisse, quia Apostolus testetur, fidem eius predicari in toto orbe. Respondeo. Distingue tempora, & concordabit scriptura. Non sunt verba ista Apostoli, promissio de futuro, sed predicatio de presenti, tum, cum haec scriberet, tempore, rerumq; statu. Nihil ergò probant de futuro, & secuturis temporibus, quibus Ecclesia Rom. quantum mutata ab illa? Quondam Milesij fortes. Sic Hierosolyma, Isai. 1. 9. olim ciuitas sancta predicatur à Domini Propheta, fidelis, plena iudicij: Iustitia habitauit, inquit, in illa. Sed addit: Nunc autem homicida, quomodo facta est Meretrix? Sic tempore Apostoli Pauli Roma erit fidelis. Qualis autem iam sit, superius ex eius Poëta, laudes ipsius canente, dictum est.

90. Nec ideo perijt Ecclesia, licet Roma, sedes sit, & fuerit Antichristi. Semper enim Deus interea, sua sibi seruauit septem millia, quae non curauerunt genua sua Baal. Nec Christus mendacij potest argui, cū dicit: Noui

E ij meas

De Antichristo

meas, & norunt me mea. Haec enim sunt oves Christi quae Vocem eius audiunt. Alieni autem Vocem non audiunt. Idco Vos Pontificij ex Deo non estis, quia Vocem eius non auditis, sed Antichristi. Quod supra copiose & abunde probatum est.

91. Sic quod Tyrannidem, & belli, armorumq; strepitum Reman negat aduersarius conuenire Pontifici ambiguitas in sermone est. Et quidem verum est, non illi haec conuenire, cui sacra tractanda creat Biblia: sed hoc non vult ille. Quod vero ijs neglectis arma cum tractare negat, impudentia aduersarij admiratione digna est, cum experientia multorum seculorum pugnantis. Vt enim taceamus, quod bellorum & tumultuum omnium facies, multis iam fuerint seculis, non solum Germaniam vniuersam turbantes, eiusq; commutentes Principes, sed etiam filios contra patrem concitantes, tumultibus bellicis, & armis plus quam ciuilibus orbem replentes Christianum: An non legit, Papam Ioannem. 19.

Lutibrandus Ticens. lib. 2. Cap. 13

Sergij Pontificis & Marozie ex adulterio filium, Militem potius, quam Apostolum dicendum, scribere Platinam? Sixtum. 4. ad arma potius quam ad Religionem natum, Volaterranum? qui idem, Calistum. 2. bel-

Tantus amor Sarracenos illos patres, pascendi oves Christi, habuit.

ingentia, cum Gregorio Pseudopontifice gessisse scribit. Innocentium. 2. contra Vuilhelmum Calabriae ducem Paulum Emylum? Alexandrum. 3. armata manu Friderico Imperatori restitisse, Sabellicum? Clementem. 4. cum Tancredo ob Siciliae regnum armis disceptasse, Platinam? An oratori graui in mentem venit Iulius. 2. qui hominum memoria, Vir bellicus magis fuit idoneus, quam pascendis pabulo Verbi diuini, ouiculis Christi? Hic enim Italiam totam commouit, Seruiam, Rauennam, Fauentiam, Mutinam, Mirandulam, potissimas Italiae vrbes, Heluetiorum opera. 19. vi cepit. Postea a Gallorum Rege ad Rauennam in die Paschatis, in campo praelio victus: D. Petri clauas, tanquam ad rem istam minime idoneas, sed inutiles, in Tiberim, Breuiariumq; indignabundus abiecit, diris & blasphemis additis imprecationibus gladiumq; a D. Paulo mutuari voluit, quo tamen hic usus non est, sed propter fidei in Christum confessionem, iugulo eum excepit, usus ipse in ministerio suo Ecclesiastico, gladio Spiritus, quod est Verbum Dei.

Eph.

29. Falsissimum quoq; est, quod plenis buccis crepat aduersus ex Lutibrandus Schola prodijisse, qui Trinitatis mysterium, impugnet, qui Christi diuinitatem

tatem negent, qui Dei omnipotentiam non credant. Atqui bonus vir nullus, qualem Oratorem esse decet, ut Plato eum describit, hoc affirmabit unquam. Cum hæc, non dico portenta, sed blasphema, Lutherus nunquam ne per febrim quidem somniarit: qui si quisquam alius, vel maxime Hereses istas & blasphema dogmata damnauit, & refutauit, Quod si qui tales ex Lutheri Scholasticis prodissent: quantum hoc quæso piaculum? An hæc culpa in ipsum redundat? Et propterea Lutherus tanquam Pseudopropheta, aut Hereticus accusandus? At hac ratione, maxime Apostolus, & Euangelista Ioannes accusandus, qui inquit, ex nobis prodierunt Antichristi: Et electum illud Dei organum, suis discipulis valedicens, ait: Ex vobis ipsis exurgent viri, loquentes peruersa, non parcentes gregi & c. Et vnde Iudas Ischarioth, nisi ex Christi Schola prodijt? Ergo ne Christum propter hunc quem fouit improbissimum discipulum, accusabit? Sed vehementia orationis, dum in Lutherum inueheretur, furorq; arma ministraret, perturbato, hæc forte in mentem non venerunt,

1. Ioh. 2.  
Act. 20.

93. Prætereo conuicia, & mendacia, quæ ex Cochleæ, hoste Lutheri infensissimo, hominẽq; indocto, temerè in innocentem Lutherum euomuit Rabula. Sicut & Antithesin, quam inter Baptistam, & eundem instituit nugigerulus, hac parte vanissimus, ut egregius scilicet, & vehemens orator, omnesq; oratoris partes expleffe videatur. Notiores enim sunt virtutes Heroicæ, Lutheri, & dona Spiritus sancti eximia, quæ Deus in eum virum contulit, multis bonis, pijs ac doctis viris adhuc superstibus, qui eum nouerunt familiariter, cum eoq; vixerunt, quàm ut ab improbis, & à Rabioso isto homine, cuius oratio mendacijs scatet, obscurari aut cerberi infernalis ore & halitu foetido, latratuq; conspurcari possint. Lutheri enim semper honos nomenq; eius, laudesq; manebunt, rumpantur & illa codro.

94. Quod porrò amplius quærit Friburg. quos ad Religionis abiurationem Romanus Pontif. compulerit, quod de Antichristo sit prædictum? Respondeo. Miror si Rhetor iste unquam accurate de hoc toto negotio cogitauit, stupendam eius vanitatem & impudentiam, cum tot seculorum pugnantem experientia. Ut enim superiorum temporum non repetamus memoriam,

De Antichristo

memoriam, cum exemplis historiae sint referta: Vitinam, probo dolere, tot Martyrum milia, in Italia, Gallia, Belgico, Anglia, experta fuisse crudelitatem, plusquam Neronianam Rom. Pontif. Antichristi, supplicio exquisitis, quae fidem penes superant. Et quid Inquisitio illa Hispanica Phalaride crudelior? Quid laniena Gallica proxima, ante sexcentum Sed haec Viris istis dolosis, sanguisugis, iocus sunt, qui brachia sua sanguine nostro lauare gestiunt, cum sitientes, crudelissimi hypocrisis. Sicut etiamnum hodie, contra fidem publicam Religioni nostrae datam,

Andr. Fabrit. Prae- desinunt summorum Principum contra nos inflammare animos, adeoque  
fat. in Harmoniam mi sunt impotentes, ut ista in publicum edere typis excusa, & spargere  
Augustanae con- Imperio Germaniae, non vereantur.  
fess.

95. Quod tempus durationis regni Antichristi, triennium scilicet, numero dierum apud Daniele. 7. colligit: eo facti Rhetor consilio, Romanus Antichristus Verus & iam dudum reuelatus, ac conuictus, noscatur. Cum Spiritus sanctus regnum eius etiam detecti, ad finem mundi, Christi; ad iudicium aduentum, mansurum & duraturum praedixerit. Antiochum autem Antichristi fuisse typum, supra diximus. Nos tamen ideo necesse est omnia & singula respondere. Ut supra quoque dictum est proposit. 79.

Malach. 4. 96. Ad Heliam quod attinet, qui à Malachia praedictus est venturus ante diem Domini magnum, & horribilem: quod referunt isti ad temporalem eius ante diem nouissimum, reditum: Christus ipse omnem ambiguitationem, cum affirmat, Heliam iam venisse, & de Baptista dicitur interpretatur Prophetiam: Ipse inquit, est Helias. Nam quod ibi dicit, Helias quidem venturus est & restituet omnia: non Prophetiam de futuro Heliae aduentu in corpore ipsius in hunc mundum, circadum finem: sed correctio est opinionis praeuere, Scribarum & Phariseorum. Et de Veritate, euentu & exhibitioe per Baptistam impleta, loquitur.

Luc. 11. Iam enim hic venerat, ut diserte affirmat, iam conuerterat corda patrum Baptistae, sua doctrina (ut Angelus Verba Malachiae repetit, & de lothario interpretatus erat Zachariae, natiuitatem eius annuncians) in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum. Ceterum quod dicit Malachias aduenturum Heliam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis: Non ignoramus, quosdam, haec ad alterum Christi aduentum & iudicium referre. Verum mutuata sunt illa ex lothario Prophetia, in qua interpretatur

interprete Apostolo Petro, de priori Christi aduentu in carnem est vaticinatus. Quod verò vocat diem horribilem: eadem vtitur Malachias Act. 2. Verborum sententia cap. precedenti, qua expresse priorem Christi aduentum in mundum describit, & prædicit, cum ait: Et statim veniet ad templum suum dominator, &c. Et quis poterit cogitare aduentum eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflatoris, &c. Sciendū est autem ideo eum hac verborum forma vti in descriptione prioris Messie aduentus: quod etsi is fuerit Ecclesie vera gratissimus & dulcissimus: tamen genti Iudaicæ, incredula, fuisse horribilem, quod à Deo tum fuerit abiecta & horribiliter excisa.

97. Quantum ad Enoch, qui scribitur placuisse Deo, & translatus in Paradisum, ut det gentibus sapientiam. Ergo venturus in fine mundi, Syra. 44. in suo corpore facturus officium, & docendi munere functurus? Fallaciam vocant Dialectici dictionis. Scriptus est græca lingua hic liber, vbi ita legitur hic locus: Enoch Domino Deo placuit, translatusq; est. Exemplum penitentia nationibus constitutum. Vbi non dicitur, aut promittitur corporalis ipsius ante diem nouissimum reditus, ut contra Antichristum, in sua persona presens homines, quod eum cauere discant, ne ab ipso seducantur, moneat. Sed penitentiam docet re ipsa, suoq; exemplo, raptus in caelum, aliam post hanc restare docens vitam. Nec animam simul cum corpore extingui, & interire, ut Epicuri de grege porci, voluptatibus ebrii, somniant & præcipua videtur apud multos sapientia, cum summa sit impietas. Ideoq; in tempore à peccatis respiscat acta penitentia. In quam sententiam, Iudas quoq; Apostolus in sua Canonica Enoch producit, quod prophetauerit de nouissimo Christi ad iudicium vltimum aduentu, in quo cõdemnaturus sit falsos, & impios Doctores. Quæ boni quidam patres, non satis attentè perpendentes, senserunt Enoch suo corpore venturum, hæc q; circa mundi finem in persona propria docturum esse.

98. Similiter & quod Imperij Romani diuisionem & inclinationem, maximamq; ab eorum multorum & prouinciarum potissimarum defectionem tempore Antichristi Romani futuram ait aduersarius ex Daniele. Id vero hæcenus factum esse, negat: ne Antichristum scilicet venisse

## De Antichristo

nisse, eumq; Rom anum esse Pontificem concedere cogatur. Ideoq; ex  
experientia, & communi sensu pugnare maualt. Res enim ipsa hoc  
statu & loquitur. Vbi enim iam orientis imperium, Persia, Thracia, A-  
sia, Aegyptus, Affrica, Græcia? &c. Vt taceam alia regna plurima, quæ  
etsi Christi nomen agnoscunt, & profitentur: Romani tamen Imperato-  
ris Iurisdictioni non sunt subiecti. Et quid iam Romani Imp. de tota Ita-  
lia, & Roma etiam ipsa, vnde nomen habent, postquam Antichristus in  
suam redegit illam potestatem, præter nudam habent titulum? Idcoq; ad  
Imp. Christianis iure postliminij repetenda & vendicanda, ut Petri  
Successor, verè Petri, quod habuit & reliquit ipse, patrimonio contes-  
tus esset, & omiſsa cura rerum & regnorum mundi, Biblijs esset inter-  
tus, & pastorale faceret officium. Hæc itaque à Romano Imperio deſer-  
ctio, eiusq; imminutio, nota est & argumentum, Romanum Pontificem  
esse Antichristum, quod etiam ex Chrysostomo probauimus Propo-  
sitione 49 qui Romam in suam redegit potestatem.

99. Quod verò contra nos, aduersarius negat locum Apostoli ad  
Timoth. 4. ad verum illum Antichristum, sed ad diuersos, plures, Enece-  
ticitas nempe, Manicheos, Marcionitas pertinere, & sic Patres interpre-  
tari: haud stultè sapit. Si enim concederet, iam causa cecidisset: quod nota  
hæc manifestiores sint, inq; oculos incurrant, ab omnibus, ut facile Rom.  
Pontif. Antichristus agnoscat. Non negamus autem, iuxta Patrum in-  
terpretationem ad illos quoq; hoc de doctrinis Demoniorum, quod Ap-  
ostolus prædixit, pertinere. Verùm non ad illos solùm, sed etiam ad Ro-  
manum Episcopum Antichristum, idq; ex verbis textus manifestè appa-  
ret. Loquitur enim & vaticinatur Apostolus, & Spiritus sanctus pro-  
pheta, non de personis illis certis, ac peculiaribus, sed, ut verba textus ha-  
bent, de dogmatibus: Attendentes, inquit, Spiritibus, hoc est, doctoribus, &  
doctrinis Demoniorum: Et quæ nam illæ doctrine sunt Demoniorum  
prohibentium, inquit, nubere, & abstinere à cibis. Quænamq; ergo nuptia  
prohibent & à cibis abstinentiam propter Religionem: doctrinas pro-  
fitentur Demoniorum, teste Apostolo. Cumq; id contra Deum, istorum  
authorem, & creatorem, ac Christum faciant: nomen Antichristi non  
effugient. Nam quoties idem euentus accidit, Prophetia impleri dicuntur.

Et signentur de singulari Antichristi persona, supra est refutatum: Cumq; in solo Romano Pontifice concurrant reliqua omnia, que de vero illo & postremo venturo temporibus Antichristo, sunt predicta: hanc quoq; illius esse notam, in eoq; impleri, recte asseritur.

100. Et quod Apostolus etiam de magno illo, ut iste loquitur, Antichristo intelligat, primum hinc est manifestum: quia dicit, in nouissimis temporibus venturos. Deinde ex attributis: deficient a fide: quod in Papae factum esse, supra ostensum est. Nuptias autem prohibere istos, & eos, res loquitur ipsa, & postea contra illorum obiectiones probabitur.

101. Quod vero obijcit ex Grammatica in Græco non haberi, nouissimis, sed posterioribus temporibus: ideo non de Papa Antichristo, sed illis prioribus, Apostolos subsecutus, accipiendum. Puerile est Sophisma, & leuis cauillatio. Primum enim, quis illi hanc dedit potestatem, ut contra decretum concilij Trid. quod ipse agnoscit, rejiciat veterem & usitatam translationem? An & ipse nobiscum, fulmen illud Pontificium, tanquam fulgur è pelui ridet? Aut quia gloriam vendicat Romani Pontificis ab Antichristianismo, gratiam quandam singularem expectat insuper? Deinde sciat Græculus, vocem ὕστερον indefinitè, pro quouis secuturo tempore & seculo, ac indifferenter ab Apostolis & Scriptura usurpari. Sicut & quod maius est, vocabulum, Nouissimus: quod non tantum de tempore, mox extremum Christi aduentum & diem ad iudicium præcessuro, sed pro toto tempore à Christi in cælos ascensione, usq; ad reditum illius visibilem in die ultimo, accipitur: eodem dicente Apostolo & Euangelista Ioanne: iam nouissima hora est.

102. Tale etiam est, quod ideo locum hunc Apostoli de Romano Antichristo accipi posse negat: Quia Daniel prædixerit, Antichristum in delicijs futurum mulierum: quomodo ergo inquit nuptias prohibebit? Respondeo. Cur non hic quoque fontes consuluit lingue sanctæ, que negatiuam habet particulam, & orationem? In concupiscentijs mulierum non erit. Ut sit idem quod Apostolus dixit: prohibiturum nuptias, & abhorreere eum à conjugali, concessio mulierum amore.

F ij Sed



## De Antichristo

Sed siue negatiuam, siue affirmatiuam sequatur sententiam, ne sic quidem malè. Vtraq; enim optimè in Antichristum Romanum, diuerso tamen quadrabit respectu. Est enim Papatus in delictis mulierum, Vagis Libidinibus se polluentibus sacrificulis, subinde suis mutatis concubinis, item aliorumq; permolentibus vxores & filias, &c. Et non est in concupiscentia mulierum honestis, nuptijs legitimis prohibitis, vt non erubescant affirmare minùs peccare Sacerdotem fornicantem, quàm vxorem propriam ducentem. Et alia turpiora facientibus, quæ dicere pudor prohibet. Idemq; vxoribus carere malunt, vt liberè vagari liceat.

103. Quid tertio querit: si omnino hæc Prophetia Apostoli de Antichristo sit intelligenda, quid profuit tum, vel ipsi Timotheo, ad quem scripsit, vel fratribus, post tot etates exorturarum hæresium prædictæ. Prophanæ hæc mentis questio, argumentum est. Hoc enim planè modo omnia eludere licebit Vaticinia, & oracula sacra. Sicut reuera hominum istud genus, non modò scripturam omnem sacram non magnificat: sed vltro etiam accusat, quod suprâ Prop. 8. est demonstratum. Longè verò honorificentius Apostolus hic ad eundem suum scribens discipulum 2. Timoth. 3. de totius sacræ scripturæ vsu, & sic etiam de hoc suo Vaticano, loquitur. Quem si audiret Theologaster iste, non adeò inceptè, ne dicam impiè, quereretur. Scripta enim sunt, non tum presentibus tantum, sed toti Ecclesiæ, vsq; ad seculi huius finem, in vsus multiplices. Sicut etiam alibi idem docet. Rom. 15. 1. Corinth. 10. Sic enim eodem modo, illius exemplo, prophanus quispiam querere posset: Quid profuit temporibus Danielis viuentibus, quid item Apostolorum, multa de Antichristo circa mundi finem, post tot annorum millia, & secula venturo, Vaticinari?

104. Sic quòd porrò negat, Romanum Pontificem prohibere nuptias, hæc de causa, quia non dicat secundum Augustini definitionem, malas esse: equè impudenter loquitur. Quid si enim probem, hoc ipsum Romanum Præsulem affirmare: an non eum nuptias prohibere concedet? Non alio autem vtar teste, quam ipsomet Romano Antichristo. Inter causas enim

enim prohibitionis coniugij sacerdotalis, hæc quoque allegatur. Cùm *Distinct. 28. c.* enim ipsi templum, & Vasa Domini, & sacrarium Spiritus sancti decernimus esse debeant, & dici: Indignum est eos cubilibus & immundicijs Ecce, coniugium, deseruire. Et iterum. *dist. 3. 1.* Tenere debet Ecclesia, vt omni modo immundities.

Sacerdotes & Leuitæ, cum vxoribus suis non misceantur, quia ministerij diuini quotidianis necessitatibus occupantur: Scriptum est enim, sancti estote, quoniam ego sanctus sum, Dominus Deus vester. An igitur hoc non est pronuntiare malas esse nuptias, & impuras, quibus homo prophanetur & polluatur, vt nõ possit dignè sacra tractare mysteria? Sed ò insignes Scripturæ S. interpretes? An non enim quibus Dominus dixerat, Sancti estote, & c. coniuges erant, & sacerdotes? Et tamen Dominus eos non pollui coniugio pronuntiat, quo minùs sacra tractent, sed sanctos manere in coniugio, etiam liberis operam dantes. Sicut & summus ipse sacerdos quotidie sanctum ingrediens, sacra faciens, maritus erat. Modò alia caueant peccata sacrificuli, flammæ libidinum, in suo cœlibatu, quibus vruntur (quo esse melius nubere pronuntiat Apostolus) pollutiones corporis & animi, fornicationes, & alia: hæc enim sunt quæ inquinant & immundū reddunt hominem. Honorabili autem inter omnes, sancto, & casto vti coniugio, neminem reddit prophanum, aut immundum, neminem polluit. Non ergò, vt Rhetor me vellicat, malè definiendo & describendo nuptiarum prohibitionem, erraui ego: errant autem grauissimè & nephandis libidinibus polluendi sacrificulis occasionem præbent ipsi nuptiarū prohibitionem. Neq; nos Pontificios Demoniorum propagare doctrinam dicimus, dum castitatem, ieiunia, & abstinentiam suadent, vt iterum me calumniatur Sophista: adhæc enim & nos, vt qui maxime, hortamur. Sed dum non rectè ista definiunt Pontificij, nec quomodo præstentur, aut in quibus consistant, nec secundum Scripturæ sacra normam, do. ent, sti errant.

105. Honorabile enim Spiritus sanctus coniugium sanctum in OMNIBUS Hebr. 13. BV S esse pronuntiat. Sicut & Apostolus, quod supra docuimus, Episcopum vnius vxoris maritum esse vult, similiter & Diaconos. Et nota est Paphnutij sententia in Concilio Nicæno: hæc eadem de controuersia: castitatem esse definiens, sacerdotis cum propria vxore contributum.

F iij Fornica=

## De Antichristo

Fornicatores autem & Adulteros indicabit Dominus. Quod Pontificij bene notent.

106. Vnde Antichristum esse Romanum Papam, constat etiam damnatione coniugij sacri, diuinitus instituti, ad quod Deus idcirco plerosq; paucissimis exceptis, & rarissimis, qui donum castitatis habent, ut non corpore tantum, sed animo seu spiritu etiam, casti sint, (sicut

1. Cor. 7.  
Ioannes Casianus  
Monachus ex Basiliensi  
filio.

Apostolus virginem desinit) creauit. Nam qui Flammiis vruntur, bidinum, semine corpora polluant, Virgines non sunt. Sicut ille inquit, Mulierem ignoro, & Virgo non sum.

107. Quod verò contra Friburg. prorsus negat Pontif. Romanum prohibere nuptias, siue coniugium, sed liberum illud relinquere omnibus, admiracione dignissima sunt vanissimorum hominum portenta, ne dicam pura pura mendacia, Phaleratis verbis fucum facere volentibus, ut videntes, non videant. Cum non solum toti ordini Clericorum, quos spirituales isti nominant, ratorum ac vinctorum, qui characterem bestiarum accipiunt, coniugio interdicit, sed & crudelitate ac barbarie Turcica, Hildebrandus Papa, qui Greg. 7. nominari voluit, Syriacus, Calixtus, & alij complures multis seculis in omnibus prouincijs occidentis, coniugia sacerdotum, contra expressam Dei ordinationem & voluntatem diremerint iam olim contracta. Sicut concil. Vuormatiense omnium Episcoporum Gallie & Germanie, cui etiam subscripsere Episcopi illius conuentu Ticini acto, Hildebrandum de gradu Pontificatus, suo decreto sententia deiciunt, quod inter alia, etiam Maritos ab vxoribus sequeuerit, Scorta, pudicis coniugibus, stupra, incestus, adulteria, cetero pertulerit coniugio. Donec tandem inualecente impietate, passim doctrina demoniorum per vim executioni fuerit demandata. Vnde vanissimum esse etiam colorem istum Rhetoricum, quem de coniugij libertate praesentant, omnibus apparet. Sicut & scelesti decreta de non admittendis coniugibus, & voto celibatus, seu potius ab iuramento coniugij: quorum nomen virumq; & ipsum, cum expresso Dei verbo & institutione dimicant pugnat. Vnde certum est, infernalem cerberum per suum vicarium Antichristum flammam Romanum, de coniugij abiuratione decretum promulgasse, quae ut supra diximus, nota est Antichristi Rom. quod frater

1. Tim. 4.

inde fecerit, hac istorum sanctitate digni, testantur. Valde igitur impudens oratio est, ac consequentia mala. Pontifex Romanus neminem cogit ad Sacerdotium: Erga non prohibet coniugium. Imò sequitur eum prohibere coniugium, quia neminem ad sacerdotium admittit, nisi abiurato coniugio. Cumq; coniugium interdicit toti ordini vel vite generi, quo carere non possumus: etiam personis prohibet, quæ vite hoc genus ingredi & suscipere volunt. Et quis, nisi Demon ipse, hoc sanxit decretum, ut non nisi cœlibes & coniugium abiurantes, ad Ministerium Ecclesiæ admittantur?

108. Querit etiam aduersarius, Locum. 2. Theß. 2. etsi de Antichristo accipiendus sit: quis tamen patrum ex tota antiquitate, de Ecclesiæ capite accipiendum scribat? Respondeo, planè nullum me scire, nec ex veteribus nec ex recentioribus, hoc qui testetur. Absit enim ut Ecclesiæ vniuersalis caput, quod est Christus, idem sit & Antichristus: quæ cum sint contraria, in idem subiectum cadere non possunt. De Pontifice autem Romano hunc locum esse intelligendum, cumq; Antichristum esse, supra ex vniuersalis Ecclesiæ sententia & iudicio est demonstratum. prop. 82.

109. Quod verò dicit aduersarius, Apostolum, Antichristi aduentum extremo iudicio vicinum fore, vaticinatum esse: negamus id Apostolum scripsisse. Sed, si diligentius Apostoli locum inspexisset, & non fuisset fasciatus, prestigijs pharisaicis, utiq; vidisset hoc dicere Apostolum: Diem Domini non insiare, nisi prius veniat discessio: hoc vnum est. Alterum. Et nisi post defectionem, reuelatus fuerit homo peccati, Antichristus scilicet, longè ergo prius venit. Imò ut libidem habetur, iam tum mysterium operabatur iniquitatis. Sed non est agnitus, nec detectus, sed diu sub veste ouina, & larua pietatis hypocrita latuit. Postea demum suo tempore reuelandus. Quia tempus iræ Dei aduersus ingratitude, nondum erat completum. Longè autem aliud eundem reuelari. Illud iam olim factum est. Hoc postremis temporibus reseruabatur, signum aduentus Domini instantis. Quod orator non satis animaduertit. Nec vidit Apostolum Ioannem de sui temporis Antichristis multis tum factis, & de venturo magno, quem sic isti vocant,

## De Antichristo

Vocant, Antichristo verba facere, & dicere: Vnde scimus, quia nota  
ma hora est, qua totum tempus, quod à Christi in caelos ascensu usque  
reditum ipsius ad iudicium, complectitur.

110. Postremò, D. Petrum, contra Gnosticos, & Simoniacos  
subsecutos, scripsisse asserit: ideoq; nos perperam contra Romanum  
tificem locum eius allegare. Idem respondemus quod supra. Et quod  
bellè in Rom. quadret Praesulem, itidem multis est ostensum.

111. Ex quibus, omnibus & singulis euidenter apparet, sicut ad  
lum est demonstratum, adeò, vt ceci etiam palpare possint: Papam  
manum, Antichristum & regnum ipsius, seu papatum, esse Antichri-  
stianismum, à Propheta Daniele & Apostolis, Paulo, Petro, & Ioan-  
prædictum, & subinde, magis magisque reuelatum, donec nostra  
larua detracta, ita omnibus conspiciendus est propositus, vt qui non  
citate à Deo sit percussus, propter contemptum lucis doctrinae caecus  
facile eum, facta collatione Scripturae locorum, de quibus haecenus, ca-  
re & regno Pontificio, agnoscere possit. Vt iam non restet aliquid  
amplius, nisi vt filius Dei, qui eum verbo veritatis orbi Christiano per-  
fecit, & in cordibus eorum occidit: illustri suo aduentu ad iudicium  
tremum, penitus destruat, aboleat, & in barathrum inferni, ignem  
lacum sulphureum abijciat, & perdat perpetuò. Suos verò electos  
beret ex omni malo, & ad se recipiat, ac colligat oves dispersionis per-  
bonus in suum ouile, vt perpetua cum ipso fruantur letitia. Amen  
Amen, Amen. Veni Domine, & libera Ecclesiam tuam ex omni  
malis.

Apocal. 14.

### NOTA.

Petrus Ioannes Pyranensis anno 1325. ante Franciscum Petrarcham  
& annis 25. ante Vuicleffum, literarum peritissimus, Papam Rom.  
ANTICHRISTVM vocat, & Romanam Ecclesiam, meretricem Baby-  
lonicam. Volaterr. & Bernh. Lutzburg. Similiter & Patriarcham  
Constantinopolitanus, qui se Oecumenicum vocat, more Maiorum, Pontifi-  
ficem Rom. quottannis, Dominica Quadragesimae prima, tanquam  
Haereticum solenniter excommunicat. Sicut ante hos omnes Marcellinus  
duas

duanus, vir doctissimus, non solum cleri suo tempore vicia insectatur, sed etiam inter alia docet, Pontificem Romanum non Christi vices gerere. Volaterr.

Quia ergo Orator Friburgensis, primos authores fuisse in sua Oratione dicit, tres homines (si modo illi, inquit, homines dicendi sunt) quorum primus Vuicleff anno Domini 1351. Deinde Huß. Et hos secutus Lutherus: qui Pontificem Romanum Antichristum esse docuerunt. Præter ea, quibus Vanitatem istam supra demonstrauimus & refutauimus: quod nempe Hildebrandus, qui se Gregorium 7. nominauit, ab omnibus bonis & pijs, publicè & priuatim Antichristus sit prædicatus, idq; anno Domini 1070. hoc est, annis ante Vuicleff 281. (ex quibus studium veritatis in istis apparet) Alia quedam in fine subiicere volui ex Auentino, qui Auent. lib. 7. scribit, etiam ante Vuicleff & Huß, publico totius Imperij Romani, non principum solum, sed & Episcoporum Germaniæ, & Italiæ, decreto, Romanum Pontificem Ioannem 22. Antichristum esse declaratum & proclamatum: idq; ex consilio diuini, humaniq; iuris consultissimis, quosq; in Italia, Germanijs, Gallijs, præcipuè Bononiæ atq; Lutetiæ, iure utroq; atq; sacris literis peritos, consuluit Imp. Ludouicus 4. Hi, inquit, omnes rescripserunt, acta, & dogmata Ioannis 22. aduersus Cæsarem, Christianæ simplicitati, & diuinæ Philosophiæ repugnare. Extant, inquit huiusmodi consilia Theologorum in Bibliothecis in membrana scripta. Et plurimos enumerat, inter quos fuerunt Vuilhelmus Occam, Dantes Florentinus, Marcus filius Patavinus, Dantes Florentinus, Ioannes Gandauus, &c.

Hæc autem in publicis Imperij Romani Ludouico 4. Imperatore, editis habentur, vnde, quia prolixiora sunt illa, quam vt integrè descripta, huc referantur, quedam decerpimus, vt videant omnes, iam olim fuisse decantata & peruulgata, quæ delicate iam Papistarum aures, in tanta veritatis diuinæ luce, blasphemias meras reputant verba sunt.

Ioannes ille, qui se Papam 22. nuncupat, qualis sit, ouiculis Christi, nostro beneficio operæ precium est agnoscere, ne pelle ouina deceptæ, à seuisimo lupo deuorentur. Nempe sanguinem Christianum sinit, discordiæ, seditionum mala, vbiq; Gentium inter Christianos serit, fratres in fratres armat. Nec licet per hunc ANTICHRISTVM, Christianis pacem à Deo datam, seruare, tanta est hominis, vel potius SATANÆ illius vecordia, publicè pro cõcionis scelera sua, quasi benefacta prædicat. Cum Christiani

¶ (inquit)

supra. 22.

## De Antichristo

(inquit) Principes inter se discordant, tum verè Rom. est Pontifex. Max. denum regnat, denum dominatur, vbi omnibus discordia, seditione, tumultu suo odio debilitatis, formidulosa fit eius potestas, vniuersi eius nutu obsequuntur, & vel secretus observant: seditio atq; discordia Germanorum salus est Romani Pontificis. Proinde pro virili emendum est Pontifex Maximo, si saluus esse velit, vt æneum serpencem, hoc est, Alemannorum Imperium conterat, in cineres atq; fauillas redigat, &c. Et vt est inueniabile regnum, omnisq; potestas, impatiens consortis: iam egregij illustres, opibus & splendore à maioribus nostris aucti, ferre parem nequeunt, Cæsarem Italia, Roma: Christum terris extrudere, illi cælum quæsi permittunt, inferos atq; terras sibi asseruere. Auiditate potentia, pecunia summis miscet, omnia venalia, Deum, & inferos habet, &c. Eadem desinat tam impudenter mentiri, nisi forsitan omnes Germanorum Romanenses autumant) stultos, caudices, asinos, stipites, plumbeos expellet. Me (inquit Imperator) Hæreticorum (vt eius verbis vtar) factum falsò vocat. Christianus sum: at ipse Hæresiarcha est, vt ANTICHRISTVS non sit, tamen eius antecursorem, atq; antecambulonem esse necesse est. A quo ad propagandum templum Dei (cuius cura nobis cælesti Deo Opt. Max. data est) ad vniuersum totius orbis senatum Christianum prouocamus.

Et in altero edicto: Homines secleratisimi, cruentis manibus, immanibus auaricijs, nocentissimi, & ijdem superbissimi, itidem luxu effœminatissimi, ambitione perditissimi, quibus fides, decus, pietas, postremo vicia, virtutes, honesta atq; in honesta omnia, quæstui sunt, arcem Reip. Christianæ occupatum tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt. Caput factionis, Iacobus ille de Baburca, qui se Papam Ioannem 22. nominat, ingentem vim pecunie quam vndiq; à Christiana plebe fraudulenter corrasit, aduersus sanctum Dei, Imperio Christiano deuotos pugnantibus, expendit. Regno humani inhiat. Sicut pastor est personatus, ita mysticus est ANTICHRISTVS canis pellicula tectus, in gregem Christi lupina rabie grassatur. Mistrum biceps, mundanus & spiritualis esse contendit. Sacrosanctum Romanum Imperium, cui Christus, comites eius obtemperarunt, & vniuersales fuerunt, sacrificiuli fastuosi beneficium esse pernegamus. Alia Iacobus pestilentissimi pessima facinoraretico, sacrificulos, qui canes morlatrare non audent, penarum metu, ne veritatem dicant, perterriti


Iacobum igitur antea à sacrarum literarum Antistitibus Hæresiarchen declaratum, ex consilij decreto, more Maiorum, Pontificatu submotum, atq; à Christo repudiatum renunciamus. Habemus bonorum exempla, quibus nobis licere id facere, quod illi fecerunt putamus &c. Imperij ANTICHRISTI authorem, iure nostro, consilio, sententia, consensu communi Principum, Pontificum, Germaniæ Italia efflagitantibus sacerdotibus populog; Romano, exauguratum, abdicatum, hærescos condemnatum declaramus, proscribimus, acta eiusdem rescindimus, vniuersi Christiani eundem in numero impiorum atq; sceleratorum habeant. Quisquis aduersus hæc fecerit, hostis Reipub. esto. Hoc edictum ab Imperatore, item Sacerdotum senatu, populog; Romano signatum est, publicatumq; in celeberrimo Mystarum Pontificum Max. minorum, Antistitum conuentu. Datum & factum extra templum Augustissimum Diuisi Petro & Paulo legatis Christi dedicatum. 18. die April. in Vrbe Romana, cunctis sacrificiis, vniuerso populo Rom. in regione, pro concione publice eius rei gratia coacto, Christianæ libertatis anno 1328.


Imuictis. Imp. Ludouici 4. Cesaris Augusti. Principis optimi regni 14. Imperij Verò primo. Hactenus Auentinus.


## ERRATA.

Proposit. 31. in fine, adde: & sequentibus Proposit. 38. pro Moniales lege, Maiales. Et pro assumant l. adhinniant. 39. post verba: inflexa voce que: adde, neruus est regni eius, & 42. pro 23. l. 25. In ead. pro soli. l. solum. 43. pro Spiritus, le. Spiritu. 47. pro Christo, l. Christi. Et in margine, l. Antoninus. 49. linea 3. pro tempore, l. nempe 50. lin. 3. post, verbis: adde, tantum, sed re. facto, & opere etiam. 51. lin. 4. pro, et. l. 7. 58. linea penult. post, possint, adde, cognoscatur. 64. lin. 2. l. palpabilia. 65. lin. vlt. l. nuptiaru. 66. adde in fine, & persequens. 75. in margine, dele. 2. 82. in parenthesi l. Vocant fol. 24. lege, consultiſsimorum. folio 7. linea antepenult. dele, filo & plumbo. Et ibid. li. vlt. lege. & omne malignum peccatum franget, vt Christi sanguis.














27024

Th  
956